Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden

gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft

in V. Jest. 1657 Q.

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden

gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden

gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

PLURIMORUM DE LOCO PAULI GAL. III. 20. SENTENTIAE EXAMINATAE, NOVAQUE EIUS INTERPRETATIO TENTATA.

COMMENTATIO HISTORICO - EXEGETICA

QUA

VIRO SUMME VENERANDO,

EXCELLENTISSIMO, AMPLISSIMO, DOCTISSIMO

IO. AUG. HENR. TITTMANNO

PHIL. DOCT. AC PROF. PUBL. ET THEOL. BACC.

NOVUM MUNUS

PROF. THEOL. EXTRAORD. LIPSIENSIS

CAPESSENTI

GRATULANTUR

COLLEGII PHILOLOGICI EIUS AUSPICIIS CONSTITUTI

SOCII

INTERPRETE

CAROLO FRIDERICO BONITZ

AA. LL. M. ET REV. MIN. CAND.

LIPSIAE

APUD RABENHORSTIUM IN COMMISS.

CIↃ IↃCCC.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden

gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden

gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

NOMINA SOCIORUM

QUI

SUMME VENERANDO TITTMANNO

HUNC LIBRUM DICARI IUSSERUNT.

CAROL. CHRIST. SAM. HERKLOTZ, Zadlina - Miſnic. Theol. Stud.

GOTTLOB HENR. KRETZSCHMAR, Radeberga- Miſnic. Theol. Stud.

M. CAROL. LUDOV. KELL, Dresdenſis. Rev. Min. Cand.

CAROL. CHRIST. AUG. ERDM. PINKERT, Querfurthienſis. Rev. Min. Cand.

HENR. CAROL. FRID. KUEMMEL, Lipſienſis. Theol. Stud.

AUGUST. DAV. ANTO. SEIDEL, Annaburgenſis Theol. Stud.

HENR. GOTTHELF TREBBIN, Zorbavia - Thuring. Theol. Stud.

IOAN. FRID. ACKERMANN, Waldkircha - Variſc. Theol. Stud.

GLAUBRECHT LEBRECHT FRITZSCHE, Naundorfio - Zizenſis. Theol. Stud.

IOAN. AUGUST. PABST, Zwochavia - Miſnic. Theol. Stud.

DAV. LEBRECHT SEILER, Zethavia - Miſnic. Rev. Min. Cand.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

V I R

SUMME VENERANDE, EXCELLENTISSIME,

AMPLISSIME, DOCTISSIME,

FAUTOR ATQUE PATRONE

OMNI PIETATE COLENDE!

Quod Tibi munus offero, Vir Summe Venerande, ſi ex Tua dignitate ſpectes, perexiguum, ſi ex animo meo, haud leve. Obſervationes quaedam ſunt, quibus, quod in lucem ſunt miſſae, non ipſarum propria dignitas, ſed pietatis ratio, cujus vinculo con-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

ſtrictus teneor, excuſationem praebebit. Ego quidem non eram neſcius, moroſiora eſſe ac difficiliora quorundam hujus aetatis hominum judicia: ſed mihi latere cupienti, amici obſiterunt, quorum precibus, ut ipſorum pietatem, ipſe pius, Tibi ſignificarem, obtemperandum videbatur; idque eo magis, quo certius eſt, tot ac tanta eſſe Tua de me et meis ſociis merita, ut, ſi labem animi beneficiorum immemoris effugere vellem, non poſſem non hanc occaſionem diu optatam, Tibi,

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

quantum TIBI debeam, teſtificandi, lubentiſſime arripere. Vere enim hoc dicam, cum multi ſint, qui TE omni officiorum genere et mirifico ſtudio proſequantur, tum neminem facile futurum, cui me ſtudio atque obſervantia TUI cedere exiſtimem. Septem enim fere ſunt anni, ex quibus TU me et ſocios in tutelam TUAM ſuſceptos, nullum TUUM commodum ſecutus, ſed ſolam animi TUI liberalitatem et bonitatem, conſiliorum prudentia, commendationis auctoritate,

diſciplinae ſalubritate, et, ut uno verbo multa complectar, auxilii praeſentia ita adjuviſti, ut, quidquid ad laudem honorificum, vel ad utilitatem fructuoſum nobis obtigerit, id fere totum Tuo nomini Tuaeque benignitati acceptum ferre debeamus. Quorum ſummorum beneficiorum ſenſu, quo magis me intelligo perfuſum, eo gratiori animo in hac hujus temporis laetitia gratulabundus, pia vota pro Tua perpetua ſalute fundens, ad Te accedo, omniuqe adſeveratione adfirmo, ut

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

tanto Tuo favore non indignus videar, ſi nulla alia re, certe tamen pietate, reverentia et, quod caput rei eſt, et a Te in Tui ſtudioſis maximi aeſtimatur, vitae honeſtate ſtudiorumque humanitate, me conſtantiſſime et ſtudioſiſſime eſſe effecturum. Quod reliquum eſt, cum me non ignorem, nec ad futuri temporis uſum mihi ipſum ſuffecturum, omnibus Te rogo precibus atque obſecro, velis vel in poſterum, quod in potiſſima felicitatis parte pono, Tui favoris et benevolentiae beneficio, me

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Tui ſtudioſiſſimum Tibique deditiſſimum, beatum felicemque praeſtare. Ego vero nullo non tempore futurus ſum

TUI TANTI NOMINIS

VIR SUMME VENERANDE, EXCELLENTISSIME, AMPLISSIME, DOCTISSIME,

FAUTOR ATQUE PATRONE

OMNI PIETATE COLENDE

ADDICTISSIMUS CLIENS,

CAROLUS FRIDERICUS BONITZ.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

LECTORI
S.

Quae pietatis ratio et beneficiorum grata memoria mihi litteris dare jusserat, non sine mentis quadam trepidatione metuque publico trado judicio. Ardua enim et difficilis res est, in tanto sententiarum divortio dare, quae uni vel alteri probentur, ἀδύνατον autem, quae omnium plausum ferant. Sed cum in magnis non ignorem, et voluisse, sat esse: paratam mihi fore veniam spero, si humani quid subinde passus, quibusdam videar. Ego vero, ne ad tanti laboris difficultatem prorsus imparatus ac temere accessisse videar, quo apud eos factum meum excusem, qui forsan hujus libelli futuri sunt judices atque censores, a re non alienum putavi, in libelli exordio praecepta quaedam regulasque adscribere, quas

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

mihi ipſi veluti leges ſcripſeram, quas et ipſe ſequerer, et ad quarum normam aliorum opiniones examinarem. Quas quidem ipſe, ſi ita ſecutus eſſe viris doctis viſus fuero, ut inde novae lucis aliquid loco meo attuliſſe judicer, habebo ſane, unde ex animo laeter, nil ſruſtra temereque molitus. Si antem meae me cauſae amor male ſefellerit, ne tum quidem deſpero, defore mihi aequorum hominum veniam, quos ſpero atque confido, hanc opellam, ſi non doctrinae novitatis et dexteritatis, certe tamen diligentiae et adſiduitatis commendationem habentem, aequi bonique eſſe conſulturos. Scripſi Lipſiae, d. XIII. Mart. CIↃ IↃCCC.

M. C. F. BONITZ.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

CONSPECTUS LIBELLI.

Examen variarum interpretationum loci nobiliſſimi Gal. III. 20. novae interpretationis ſpecimine adjecto.

CAP. I. *Examinis praeparatio.* §. 1 — 13.

1) de ratione laboris in univerſum. §. 1.
2) de cauſa, quae protulit hoc examen. §. 2.
3) de ejus fructu. §. 3.
4) ii laudantur, qui ante me ſimile quid fecerunt. §. 4. Concluſio § 5.
5) Leges examinii inſtituendo ſcribendae. §. 6 — 11.
   a) de critica interpretatione. §. 7.
   b) de grammatica interpreta. § 8.
   c) de hiſtorica — — §. 9.
   d) de contextus ratione. §. 10.
   e) de locorum parallelorum vi §. 11.
6) de ordine et ratione tractandi. §. 12.
7) loci contextus exponitur §. 13.

CAP. II. *Examen variarum interpretationum.* §. 14 — 197.

1) Variae interpretationes in tabulam redactae. §. 14.
2) brevitas pollicetur. §. 15.

SECT. I. *Eorum examinantur interpretationes, qui μεσιτην de quovis mediatore intelligunt* §. 16 — 78.

1) qui ad ἑνος et ad εἰς, μερος ſupplent. §. 16. — 28.
   a) *Caſtellionis* ſententia proponitur §. 17. examinatur §. 20.
   b) *Michaelis* — — — — §. 18. — — §. 21.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

c) *Clarkii* ſententia proponitur. §. 19. examinatur. §. 22.
d) *Lockii* ſent. §. 23 et 24.
e) *Moldenhaueri* ſent. §. 25. et 26.
f) *Blaſchii* ſent. §. 27. et 28.
2) qui ad ἑνος ſuppl. μερος, et εἷς nude de numero. §. 30. — 53
a) *Zachariae* ſententia. § 30. et 35. et 36.
b) *Heſſii* ſent. §. 31. et 38.
c) *Langii* ſent. §. 32. et 39 — 42.
d) *Storrii* ſent. §. 33 et 37. §. 34. generalia quaedam ſpectat.
e) *Telleri* ſent. §. 43. et 44.
f) *Fuhrmanni* ſent. §. 45. et 46.
g) *Beſenbeccii* ſent. §. 47. — 50.
h) *Wetſtenii* ſent. §. 51. — 53
3) qui ad ἑνος ſupl μερος, et εἷς pro ὁ αὐτος. §. 54 — 62.
a) *Semleri* et *Bruckeri* ſententia §. 55. — 57.
b) *Gableri* ſent §. 58. et 59.
c) *Bezae* ſent. §. 60. — 62.
4) qui ad ἑνος ſuppl. λαος, et εἷς pro ὁ αὐτος. §. 63 — 66.
a) *Herzlieb* ſent. §. 64. — 66.
5) qui ἑνος ſubſtantive, et εἷς pro ὁ αὐτος. §. 67 — 73.
a) *Gablerl* ſententia. §. 68. — 72.
6) qui ἑνος et εἷς pro ὁ αὐτος. §. 73 — 78.
a) *Grotii* ſententia. §. 74. et 75.
b) *Carpzovii* et *Schoettgenii* ſent. §. 76 — 78.

SECT. II. *Qui μεσιτην de definito quodam mediatore intelligunt.* §. 79. — 197.

Tranſitus ad novas interpretationes, quae dividuntur. §. 79.

PARS I. *Eorum examinantur interpretationes, qui μεσιτην Moſen intelligunt.* §. 80 — 177.

Quorum probatur ratio in univerſum. §. 80.

1) qui ad ἑνος et ad εἷς ſuppl. μερος. §. 81. — 85.
a) *Michaelis* ſententia §. 82. — 85.
2) qui ad ἑνος ſupl. μερος, et εἷς pro ὁ αὐτος. §. 86 — 90.
a) *Theodoreti* ſent. §. 87. et 88.
b) *Mayeri* ſent. §. 89. et 90.
3) qui ad ἑνος ſuppl. σπερματος, et εἷς pro ὁ αὐτος. §. 91. — 110.
a) *Noeſſelti* ſententia §. 92. — 99.
b) *Whitby* ſent. §. 100.
c) *Roſenmuelleri* ſent. §. 101.
d) *Doederlinii* ſent. §. 102 et 103.
e) *Weberi* ſent. §. 104. — 107.
f) *Schlegelii* ſent. §. 108. — 110.
4) qui ad ἑνος ſupl. νομος, et εἷς pro ὁ αὐτος. §. 111. — 128.
a) *Koppii* ſententia §. 112. — 116.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

b) *Cameronis* sent. §. 117. et 118.
c) *Clerici* sent. §. 119. et 120.
d) *Bahrdtii* sent. §. 121.
e) *Hezelii* sent. §. 122. et 123.
f) *Hezelii* alia sent. §. 124. et 125.
g) *Hanii* sent. §. 126. — 128.

5) qui ad ἑνος suppl. πραγματος, et εἷς pro ὁ αὐτος. §. 129. — 135.
a) *Strohtii* sententia §. 130. et 131.
b) *Gableri* sent. §. 132. et 133.
c) *Schultii* sent. §. 134. et 135.

6) qui ad ἑνος suppl. θεϐ, et εἷς pro ὁ αὐτος §. 136—147.
a) *Bengelii* sententia §. 137. — 139.
b) *Hempelii* sent §. 140. — 142.
c) *Deylingii* sent. §. 143. et 144.
d) *Moelleri* sent. §. 145. — 147.

7) qui ἑνος et εἷς nude de numero intelligunt. §. 148. — 152.
a) *Censoris anonymi* sent. §. 149. et 150.
b) *Auctoris anonymi* sent. §. 151. et 152.

8) εἷς in utroque membro pro ὁ αὐτος. §. 153—157.
a) *Mori* sententia §. 154. — 156.
b) *Krausii* sent. §. 157.

9) qui ἑνος nude, et εἷς pro ὁ αὐτος. §. 158 — 163.
a) *van der Wayen, Vitringae* et *Klemmii* sent. §. 159-163.

10) qui εἷς in utroque membro nude ad imitationem hebra. אֶחָד §. 164 — 167.
a) *Winterbergii* sententia §. 165. — 167.

11) quis ἑνος nude ad imit. אֶחָד et εἷς vel numerice vel pro ὁ αὐτος. §. 168 — 173.
a) *Telgenii* sent. §. 169. — 171.
b) *Fenzelii* sent. §. 172. et 173.

12) qui ad ἑνος suppl. τροπϐ et εἷς pro ὁ αὐτος. §. 174 — 177.
a) *Harrasii* sententia §. 175. — 177.

PARS. II. *Eorum examinantur interpretationes, qui μεσιτην Christum intelligunt.* §. 178. — 197.

Classis haec constituitur §. 178.

1) qui ad ἑνος et ad εἷς suppl. μερος. §. 179. — 184.
a) *Wolfii* sententia §. 180. — 182.
b) *Chrysostomi* sent. §. 183.
c) *Ambrosii* sent. §. 184.

2) qui ad ἑνος suppl. μερϐς, vel γενϐς, vel εἰδϐς, vel σπερματος, et εἷς idem in omnes animatus. §. 185. — 193.
a) *Lessii* sententia §. 186. — 189.
b) *Moschii* et *Seileri* sent. §. 190. et 191.
c) *Anonymi* sent. §. 192. et 193.

3) qui ad ἑνος et ἑς ſuppl. ſubſtantia. §. 194— 196.
a) *Hieronymi* et *Primaſii* ſent. §. 195. et 196.
Clauditur caput II. §. 197.

CAP. III. *Novum interpretationis ſpecimen proponitur.* §. 198. — 205.

1) indicatur. §. 198.
2) loci contextus exponitur. §. 199.
3) probatur, μεσιτην loco noſtro Moſen eſſe. §. 200.
4) locus grammatice interpretatur. §. 201.
5) interpretationis conjunctio docetur
a) cum praecedentibus, §. 202.
b) cum ſequentibus §. 203.
6) concluditur. § 204.
7) loci paraphraſis. §. 205.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

EXAMEN VARIARUM INTERPRETATIONUM LOCI NOBILISSIMI GAL. III, 20. NOVAE INTERPRETATIONIS SPECIMINE ADIECTO.

Cap. I.

Examinis praeparatio.

§. I. In interpretando loco difficili Gal. III, 20. ὁ δὲ μεσίτης ἑνὸς οὐκ ἔστιν· ὁ δὲ θεὸς εἷς ἐστι, plures jam viri docti, qui ſingularibus libellis eum illuſtrarunt, queſti ſunt de ejus obſcuritate, et de inani, quam alios navaturos timebant operam in illo explicando, ita ut ipſe ille, *a)* quem quisque facile ſummum habebit interpretem, vero loci ſenſu eruendo deſperaret atque profiteretur, locum interpretis ingenium ludere, nec litem de vero ejus ſenſu, niſi ipſa auctoris genuina interpretatione nacta, dirui poſſe. Quid igitur mirum, ſi poſt tot virorum doctorum querelas, et ipſe ego metum profiteor haud exiguum, ſpecimen hoc publico traditurus judicio. Nonne vero haec rei ratio manus de opere tollere ſuadere debuiſſet? At vero ſi nemini, niſi qui prorſus inaudita de loco noſtro proferre poſſet, de illo ſcribendo daretur locus; ab omni ſane labore abſtinendum mihi fuiſſet. Jam vero dudum jam inter juſtos rei arbitros conſtare confido, nullam fere dari loci hujus interpretationem, quam novam prorſus et inauditam, nec ab ullo alio aut probatam, aut damnatam vindicare quis audeat. Quare nec ego mihi arroganter ſumo novi prorſus aliquid de loco difficili me pro-

a) cfr. Eichhornii *Allgem. Biblioth. der bibl. Litteratur*. Tom. I. faſc. 5. p. 812.

laturum esse, nec aequi rei judicis acerbam inde timendam mihi esse censeo reprehensionem, nec impie me, juvenem, in viros doctos acturum opinor, si de loco nostro sententias propositas omni, qua decet et juvenem et nonnullorum adeo discipulum, et humanitate et modestia in examen vocavero. Multi enim eorum, quos animus meus summa prosequitur pietate, quemcunque sua in ejusmodi loci interpretatione eligenda sensa sequi debere, praeceperunt.

§. 2. Jam vero pluribus laboris nostri ratio reddenda est, ne sine justo nos scripsisse consilio suspicio fiat. Ante sex ab hinc annos b. Koppii Excursum VII. ad epistolam ad Galatas legi, in cujus calce vir b. propterea quoque varias virorum loci nostri interpretationes collegisse profitetur, „ut tirones in loco inprimis difficili ex„emplum habeant, ut suam quisque de aliorum interpre„tandi rationibus judicandi vim experiri experiendoque „acuere possint.“ Quae cum et mihi scripta esse arbitrabar, summo, quo potui animi studio, aliorum quae forte mihi innotuerant loci interpretationes, ex memoria depellere, et meis viribus nixus eam, quae verbis et consilio Apostoli quam maxime consentanea videbatur, quaerere enitebar. Nec frustra laborasse mihi videbar; inveni enim interpretationem, quae plane nova videbatur, et ea fruitus sum laetitia, qua ejusmodi studia animum semper exhilarare solent. At justa in me diffidentia et Horatianum illud: nonum prematur in annum, impediebant, ne nimis gloriose de meis statuerem inventis, atque alto ea deprimerem silentio. Adhuc quoque in obscuro fine dubio jacerent, nisi plura nostrae aetatis novam loco lucem accendendi pericula denuo ea perlustrare atque perpendere me impulissent. Cumque his novis in curis loco nostro inpertiendis quam maxime desiderarem libellum, qui justa brevitate omnes, si fieri possit, praecipuas certe loci nostri varias interpretationes, facili et bono describeret ordine, quo quisque rei studiosus uno quasi obtutu videre possit, quanta et qualia hucusque super loco nostro a viris doctis prolata sint: putavi haud inanem ac spernendam eum navaturum esse operam, qui varias has interpretationes collectas, in justum redacturus sit ordinem, quo non modo ei, qui de vero loci nostri sensu quaesiverit, inserviretur, sed et error, qui et olim meus erat,

impediretur, ex quo novam quis loci interpretationem protuliſſe ſibi perſuadeat, quae ab aliis, melius fortaſſe, jam propoſita fuerit.

§. 3. Ingratus quidem labor taediique plenus videtur, tam multas easque diverſiſſimas examinare de loco noſtro ſententias; habet vero multa, quae et mihi gratum ipſum fecerunt, et lectori, ut ſpero, reddent. Clariſſimum enim diverſae hae interpretationes diligentiae et ſtudii interpretum N. T. exhibent exemplum, praecipue cum in loco verſaretur, qui neque ad dogma aliquod conſtituendum, nec ad morum quoddam praeceptum confirmandum aliquid faceret. Quod et ipſum fecit, quo liberius quisque in illo interpretando ſuo indulgeret ingenio, atque intenſis viribus omnique arte eam quaereret interpretationem, quam ipſe caeteris probabiliorem habebat. Videre enim, quem mirum in modum plures et ſe et verba detorſerint, aeque jucundum ac utile eſt. Summa vero laboris utilitas in eum ſine dubio redundat, qui vel in ſuum vel in aliorum uſum loci difficilis quaerit interpretationem.

§. 4. Quare huncce laborem in me ſuſcipiens, eum nec poſt *Gerdeſii*, *Wolfii*, *Koppii*, *Roſenmuelleri*, *Langii*, *Gableri*, *Klemmii*, *Winterbergii* et *Harraſii* interpretationum examina, ſuperfluum futurum eſſe cenſeo. *Gerdeſius b)* enim vetuſtatis ratione non ſatisfacere noſtrae poteſt aetati fertili ſatis in proferendis variis de loco noſtro ſententiis. *Wolfius c)* longum et taedii plenum habuit diverſas interpretum ſententias vel appendere vel expendere, et aliorum ſententiis neglectis eam, quae ipſi praeplacuit, paucis commentatus eſt. *Koppius d)* egregium quidem ſelectum fecit, quem vero noſtrae aetatis ubertas longe copioſiorem reddidit. A S. V. *Roſen-*

b) D. Henr. Waltherus Gerdes de Chriſto, unico Abrahami ſemine, cui absque ulla alia mediatione, omnis κληρονομια ex promiſſione debetur. Gieſſae. 1724. 4. Librum inſpicere nunquam mihi contigit, ſed Wolfius dicit. eam inde e pag. 14—140. aliorum interpretum recenſuiſſe ſententias.

c) In Curis ad h. l.

d) In Excurſu VII. ad Epiſtl. ad Gal.

muelleri e) et *Langii f)* consilio alienum fuit, plures recensere interpretum sententias, quamquam hic nonnullas acute satis dijudicavit. *Gablerus g)* suo quidem more, id est, docte et erudite, sed paucas aliorum sententias examinavit. *Klemmius h)* recentiores nonnullas, post Koppium collegit sententias, plures omisit et paucas sufficienter dijudicavit. Nuper *Winterbergius i)*, si titulo fides est habenda, historiam variarum loci nostri interpretationum exaravit, quam accuratius examinatam, additis Semleri, Strohtii, Rosenmuelleri et Gableri interpretationibus, meram fere Koppii Excursus VII. ad Epist. ad Gal. invenies versionem, omisso maximam partem b. viri de illis sententiis judicio. Miror Winterbergium hanc libelli sui rationem non indicasse. Nuperrime *Harrasius k)* unice scilicet verae interpretationis periculum fecit, cui Doederlinii, Koppii et Mori tantummodo sententias, breviter quidem, bene autem examinatas praemisit. Nullus vero omnium in tabulam eas et justum redegit ordinem, qui conspectui earum facile inserviret, nisi Koppium excepperis, qui ex parte certe huic satisfecit desiderio.

§. 5. Quae cum ita sint, nec aliis inutilem susceptisse in me spero operam, enarrandis praecipuis, quarum aditus mihi patuit, interpretum de loco nostro sententiis,

e) In Scholiis ad h. l.

f) In libro, cui titulus est: *Zur Beförderung des nützlichen Gebrauchs des W. A. Tellerschen Wörterbuchs des n. T.* sub voce Mittler p. 171. sq.

g) In Prolusione exegetica in locum difficilem Gal. III. 20. Altorfii. 1787. 4.

h) Noch ein Versuch über die schwere Schriftstelle Gal. III, 20. Tubing. 1794. Auctor hujus speciminis est Klemmius.

i) Geschichte der Auslegung von Gal. III, 20. nebst einem Versuche der einzigen Erklärung dieser Stelle; von D. *F. S. Winterberg, K. R. und Scholarchen zu Corbach.* vid. *Henkens Neues Magazin für Relpht. Exeg. und K. Geschichte.* Tom. III. pag. 552 — 570.

k) Ueber Gal. III, 20. ein kritischer Versuch zur Entscheidung des einzig möglichen Sinnes dieser Stelle, von J. M. H. Harras, Archid. zu Helzen. vid. *Eichhorn's Allgem. Bibl.* Tom. IX. Partil. I. pag. 26 — 64.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

iisque juſto depoſitis loco, breviter quidem, ſed, quantum vires ferent, ſufficienter judicandis; quibus factis eam loci addam interpretationem, quae caeteris palmam eripuiſſe videtur.

§. 6. Juvabit vero leges repetere, quas in loco noſtro difficili interpretando mihi ſcripſi, quae ipſae examinis mei erant rectrices, nec ineptae erunt lectoris judicii de omni meo labore inſtituendi adjutrices.

§. 7. Prima in qualibet interpretatione, ut et noſtri loci, ratio habenda eſt criticae textus veritatis, atque genuina loci lectio ante omnia conſtituenda, maxime ſi de difficili agitur loco, qui ſaepius genuina reſtituta lectione facilis redditur. Ex hac vero ratione noſtro loco nulla afferri poteſt medicina. Qui enim rei criticae periti veteres conſuluerunt codices, nullam loci noſtri variam invenerunt lectionem, aut aliam noram, quae locum ullo modo ſuſpectum redderet. Comma enim, quod in plurimis iisque fere optimis editionibus N. T. legitur poſt verba: ὁ δε μεσιτης, in aliis vero deeſt, nullius prorſus eſt momenti, cum interpunctionis ſigna recentioris eſſe aetatis conſtet. Quod enim nonnulli totum comma noſtrum gloſſema, omnibus noſtris codicibus antiquius habere maluerint, nulla fecerunt ratione idonea, nullo probarunt argumento, nec eſt quod pluribus hoc exponamus.

§. 8. Altera potiſſimum habenda eſt ratio grammaticae interpretationis. Quae omnibus nota et ab omnibus interpretibus conceſſa vix monuiſſem, niſi plures in illis lapſos vidiſſem, qui ad locum interpretandum ſe cingentes, ſententiam de illo animo jam conſtitutam habuiſſe, atque loco et attuliſſe et intuliſſe videntur, non autem ex illo eruiſſe et compoſuiſſe. At vero proverſam eam rationem eſſe, et e grammatica potius verborum interpretatione ſenſum eruere, nec anxie quaerere, num et ad reliquam, quam de loco tenemus ſententiam, ſit quadraturus, boni interpretis eſſe, a nemine non conceditur. Quatenus vero grammatica interpretatio in propria verborum vi et ſignificatione conſtituenda verſatur, ſatis ſane facilis locus noſter eſt cenſendus. Ejus enim verba ſatis ſunt nota, et formulae in aliis quoque locis occurrunt. Sed elliptice poſita ſunt, et in ellipſi illa explenda ſumma

eſt obſcuritas et ambiguitas. In promptu quidem regula eſt, eam ſupplendi rationem prae caeteris eſſe eligendam, quae facillima deprehenditur. At vero facillimam quisque ſuam habet rationem. Quid inde? Dicam quae mihi facillima ellipſin explendi ratio viſa eſt. Eam ſcilicet prae caeteris praeferendam cenſui rationem, quae partim pauciora cogitando addi poſtulat, partim ea, quae cuique locum, extra quoque contextum, legenti ſponte quaſi occurrere et e verbis potius ipſis, quam ex orationis ſerie prodire videntur.

§. 9. Tertium obtinet locum, quam hiſtoricam dicunt interpretationem. Conſtat enim in libris ſacris multa legi, quae e quibusdam opinionibus illius temporis dicta ſunt, et ex illis lucem in interpretando petere debent. Hoc in noſtrum quoque locum cadere multi eorum rati ſunt, qui verba: ὁ δὲ μεσίτης ἑνὸς οὐκ ἔστι verterent: mediator, Moſes, non eſt Dei mediator; quae ex opinione illa, legem Moſaicam non a Deo, ſed ab angelis latam eſſe, interpretanda cenſebant. Quo jure hoc fecerint, in ipſis harum interpretationum examinibus videre eſt. Jam modo quaeritur, qua ratione hiſtorica interpretatio in tali loco, qualis noſter eſt, adhibenda ſit? In ejusmodi vero obſcuro loco interpretando ad hiſtoricam recurrendum eſſe cenſeo interpretationem, vel ſi alio in loco ejusdem ſcriptoris eadem iſtius aetatis opinio iisdem fere verbis occurrit, vel ſi alia ratione loco difficili nullus ſenſus juſtus et commodus adſtrui poteſt. Ex utraque vero ratione ſenſum ſermonis quoque ſeriei convenire debere, non eſt quod moneamus.

§. 10. Eſt vero quarto loco orationis quoque ſeriei ratio habenda. Ex induſtria autem hanc legem non priori poſui loco. Vidi enim multos interpretes, qui contextus priorem habebant, quam grammaticae atque hiſtoricae interpretationis rationem, in erroneas inde delapſos de loco ſententias. Quanta enim ſunt, quae e loco tam brevi et difficili trahi poſſunt, ſi conrextus rationem prius, quam verborum ſpectaveris vim! Quae ut evitentur, ſerius ad contextus conjunctionem reſpiciendum eſſe putavi, praecipue cum res agatur cum auctore non e ſcholae regulis exculto, et in epiſtolari, familiari genere ſcribendi verſante.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

§. 11. Denique et de locorum parallelorum vi dicendum eſt. In loco vero tam difficili et brevi explicando parvi eſſe videtur momenti, ad alia loca provocare, ubi eadem legitur ſententia, quae difficili tribuitur loco. Ex hac enim ratione omnes fere propoſitae interpretationes verae cenſendae eſſent, cum quaelibet hoc uti poſſit argumento. Alia loca tum demum habent vim, ſi quis erueret ſententiam, cum aliis ejusdem ſcriptoris pugnantem. Alia ſane res eſt, ſi eadem ſententia iisdem fere verbis alio loco legatur, cujus ratio et conjunctio facilior eſt. Sed hoc multos decepit interpretes, qui ſenſum alius loci prius noſtro inferrent, quam loci noſtri ſententia per ſe conſtituta, viderant eandem eam eſſe cum illa alius loci.

Haec de legibus examini meo ſcriptis dicta ſufficiant.

§. 12. Quantum vero ordinem, quem in examinandis diverſis interpretationibus ſecutus ſum, attinet, ipſa tabula, in quam eas redegi, docebit, quo uſus ſim modo, quave dividendi ratione. In proferendis vero et examinandis ſingulis loci noſtri interpretationibus temporis, quod eas genuit, ſecutus ſum rationem; quodſi vero veteris cujusdam interpretationem a recentiori viro docto accuratius et plenius propoſitam viderem, hanc, unde illa lucem pedit, priori poſui loco. In examine ipſo ſimiles ſententias iisdem ſuperſtructas argumentis, conjunctim tractavi. Nonnunquam vero illae, quae ſimillimae ſibi videbantur, ſpeciatim examinandae erant, cum earum indoles diverſa reperiretur, et ſingulare quid haberent, quod ſingularem quoque deſiderabat expoſitionem, ut, quantum fieri potuit, omnibus ſatisfieret lectoribus, diverſiſſimas de loco noſtro ſententias ſequentibus. Examinis momenta diverſarum ſententiarum ſaepius ſecanda erant, ne lectoribus idem ſemper legendo taedium crearetur, et plura contra hanc vel illam interpretationem monenda, ſaepius omiſi, quia alio loco copioſius jam a me fuerant propoſita. Quare alias ſimiles adeat interpretationes, cui hoc vel illo interpretationis cujusdam examine non ſatisfactum ſit, et ex reliquis potius, quam ex uno modo examinis vim dijudicari velim. Caeterum in examinandis aliorum ſententiis, ejus, quae mihi praecaeteris arriſerat, prorſus oblitus, leges ſupra ſcriptas modo ſecutus ſum ita, ac ſi ipſe nullam adhuc de loco

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

ſententiam animo haberem conſtitutam. Si quis me in eo lapſum tamen viderit, non negligentiae mihi vertat, ſed ipſi potius negotii difficultati tribuat. In quibus vero omnibus tractandis ita me verſatum fuiſſe cenſeo, ut certe modeſtia, qua juveni nil eſt decentius, et diligentia nunquam in me jure deſiderari poſſe videatur.

§. 13. Antequam vero de ipſis interpretum de loco noſtro variis ſermo eſt ſententiis, de conſilio Apoſtoli in hac epiſtola atque de contextu loci vexati quaedam praemittenda ſunt. Nulla quidem datur dubitatio de conſilio Apoſtoli, ſed ab omnibus diverſiſſimis loci noſtri interpretibus conceditur, Apoſtolum hoc potiſſimum agere, ut cum divinam doctrinae ſuae auctoritatem firmis probet argumentis, atque contra eos defendat, qui nimis tenaces rituum Moſaicorum, ei detrahere ſtuduerant; tum ut eos perverſe egiſſe edoceat Chriſtianos, qui contra Dei conſilium in legibus Moſaicis ferendis, jugum hoc et ſibi imponi patiantur, rati multum hoc facere ad ſalutem conſequendam. Quare multis argumentis probare ſtudet Apoſtolus, non νομον, minarum plenum, ſed ſolam πιστιν hominibus ſuppeditare ſalutem. Probat hoc quoque exemplo Abrahami, qui ſola πιστι Deo probatus et promiſſionem nactus fuerit: et σπερμα ejus eadem ratione Deo probatum iri docet. Hoc vero σπερμα, cui promiſſio data fuerat, Chriſtum eſſe dicit Cap. III. v. 16.; qui itaque Chriſtum ſequuntur, πιστι δικαιουνται, nec tenentur νομω obſervatione. Non enim, niſi injuria in Deum, dici poſſe, veterem illam επαγγελιαν lege ſubſecuta ſublatam eſſe, v. 17. et 18. Hinc vero non ſequi dicit v. 19. legem Moſaicam ſine conſilio et fructu a Deo latam eſſe, additam potius eſſe promiſſioni των παραβασεων χαριν, ut Iſraelitarum flagitia et peccata impediat et minuat, αχρις ου ελθη το σπερμα ω επηγγελται, usque ille veniret, quem promiſſio illa ſpectat, Jeſus ſcilicet e v. 16. Hancque legem latam eſſe miniſterio angelorum, δι' αγγελων, εν χειρι μεσιτου, et ope mediatoris, Moſis ſcilicet. Jam vero pergit:

ὁ δε μεσιτης, ἑνος οὐκ, ἐστιν· ὁ δε θεος εἱς ἐστι.

En ita locum, qui aeque vexavit interpretes, ac ipſe multas perpeſſus eſt vexationes. Sed ne hoc nos terreat, quo minus in juſtum eas redactas ordinem, perluſtremus.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Cap. II.

Examen variarum interpretationum.

§. 14. Omnes vero loci noſtri interpretationes in duas claſſes poſſunt dividi, quarum altera univerſalem, altera vero ſpecialem ejus ſiſtit ſententiam, illa μεσιτην de quoque mediatore, haec vero de definito quodam intelligit, quarum utraque in multas iterum diverſas abit partes, cum propter ſenſum formulae membri prioris: ὁ δε μεσιτης ἑνος οὐκ ἐστι, tum poſterioris: ὁ δε θεος εἷς ἐστι, conſtituendum. Ad utramque itaque formulam ejusque interpretationem erit reſpiciendum, ſi in tabulam eas vis redigere, quam hancce eſſe volumus:

Sectio I.

continet interpretes, qui commati noſtro ſententiam univerſe propoſitam ineſſe docent, atque μεσιτην *de quovis interpretantur mediatore.*

In ſex diverſas illi abeunt partes, quorum alii

1) ad ἑνος ſupplent μερος, et ad εἷς — μερος, ut *Caſtellio, Michaelis, Clarkius, Lockius, Moldenhauerus* et *Blaſchius.*
2) ad ἑνος ſupplent μερος, et εἷς abſolute de uno quoad numerum interpretantur; ut *Zachariae, Heſſius, Langius, Storrius, Tellerus, Fuhrmannus, Beſenbeccius* et *Wetſtenius.*
3) ad ἑνος — μερος, et εἷς pro ὁ αὐτος; ut *Semlerus, Bruckerus, Gablerus* et *Beza.*
4) ad ἑνος — λαος, et εἷς pro ὁ αὐτος; ut *Herzlieb.*
5) ἑνος — ſubſtantive, et εἷς pro ὁ αὐτος; ut *Gablerus.*
6) ἑνος et εἷς pro ὁ αὐτος; *Grotius, Carpzovius, Schoettgenius.*

Sectio II.

continet interpretes, qui commati noſtro ſententiam ſpeciatim propoſitam ineſſe docent, atque μεσιτην *de definito quodam interpretantur mediatore* in duas abeuntes partes:

Pars I. eos habet

qui μεσιτην Moſes eſſe dicunt, ac ſupplent

1) ad ἑνος — μερος, et εἷς pro ἑν μερος; ut *Michaelis.*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

2) ad ἑνος — μερος, et εἰς pro ὁ αὐτος; ut *Theodoretus* et *Mayerus.*

3) ad ἑνος — σπερματος, et εἰς pro ὁ αὐτος, ut *Noesseltus. Whitby, Rosenmuellerus, Doederlinius, Weberus* et *Schlegelius.*

4) ad ἑνος — νομα, et εἰς pro ὁ αὐτος; ut *Koppius, Camero, Clericus, Bahrdtius, Hezelius, Hanius.*

5) ad ἑνος — πραγματος, et εἰς pro ὁ αὐτος; ut *Strohtius, Gablerus* et *Schultius.*

6) ad ἑνος — θεα, et εἰς pro ὁ αὐτος; ut *Bengelius, Hempelius, Deylingius* et *Moellerus.*

7) ἑνος nude de numero, et εἰς de numero; ut *Censor anonymus*, et *auctor* versionis Epistl. ad Gal. *anonymus.*

8) εἰς in utroque membro pro ὁ αὐτος; ut *Morus* et *Krausius.*

9) ἑνος nude, et εἰς pro ὁ αὐτος; ut *van der Wayen, Vitringa* et *Klemmius.*

10) εἰς in utroque membro nude ad nimit. hebr. אֶחָד ut *Winterbergius.*

11) ἑνος nude ad imitat. hebr. אֶחָד, et εἰς vel numerice vel pro ὁ αὐτος; ut *Telgenius* et *Fenzelius.*

12) ad ἑνος — τροπα et εἰς pro ὁ αὐτος; ut *Harrasius.*

Pars II

qui μεσιτην *Christum intelligunt*, supplent

1) ad ἑνος et εἰς — μερος; et *Wolfius, Chrysostomus* et *Ambrosius.*

2) ad ἑνος — vel μερος vel γενος vel εθνος vel σπερματος, et εἰς idem animatus in omnes; ut *Lessius, Moschius, Seilerus, Anonymus* quidam.

3) ad ἑνος et εἰς — substantia; ut *Hieronymus* et *Primasius.*

§. 15. Multae hae interpretum de loco nostro sententiae in tabulam redactae non solum copiam, sed et summam earum varietatem aperte probant, unde sine injuria ad difficilem loci concludi potest sensum. Aliae multae adhuc restant, quae hic non leguntur, praecipuas tamen descriptas opinor. Ne vero lector benevolus harum a me allatarum copia perterritus jam metuat examen de illis instituendum, spondeo, me summa in iis recensendis usurum esse brevitate, cui et ipsa tabula, cognatas jungens sententias, inseruit.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Sectio I.

Eorum examinantur interpraetationes, qui μεσιτην de quovis mediatore intelligunt.

§. 16. Agmen itaque ducant illi, qui ſententiam univerſe propoſitam loco vexato ineſſe contendunt, μεσιτην de quocunque mediatore interpretantes, *ad ἑνος in priori membro ſupplent* μεροις, *et* ἑνὸς *in poſteriori membro de una parte intelligunt*, *Caſtellio*, *Michaelis*, *Clarkius*, *Lockius*, *Moldenhauerus* et *Blaſchius*.

§. 17. Castellio vertit: *l*) „*Sequeſter autem „unius non eſt. Atqui Deus unus eſt.*“ Quam verſionem ita περιφραζει; *m*) „*Sequeſter autem internuncius eſt duo-„rum, qui inter ſe aliquid paciſcuntur. Atqui Deus „unus eſt, non duo*, (h. e. Deus non duas, ſed unam modo „partem conſtituit) *ita neceſſe eſt, Moſen Dei et Iſraeli-„tarum internuncium fuiſſe.* Nec enim poteſt Dei et Dei „internuncius fuiſſe, cum duo Dii non ſint. Quod ſi „eſt, oportet in eo foedere aliquid ab utraque parte pro-„miſſum eſſe.“

§. 18. Michaelis *n*) ſententiam ſuam paululum mutaſſe videtur. In ejus enim hujus epiſtolae paraphraſi arctius locum de Moſe ſolum interpretatur, ut infra (§. 82.) videbimus; in ejus vero Annotationibus, de quibus jam nobis ſermo eſt, univerſalem potius loco tribuit ſententiam, ita eum vertens: „*Ein Mittler aber wird nicht „von dem Einen, den Vertrag machenden allein geſetzt: „Gott aber iſt nur einer.*“ Haec deinde ad Moſen applicat, qui Exod. XX, 19. et Deut. V, 21 — 28. non ſolum a Deo, ſed et ab Iſraelitis μεσιτης Deum inter et Iſraelitas conſtitutus legitur. Quo vero conſilio Apoſtolus hoc dixerit, dubius haeret, atque quod in Paraphraſi omni conſtituerat fiducia, id noſtro in loco dubitanter dicit:

l) cfr. Biblia interprete Sebaſtiano Caſtalione nna cum ejusdem annotationibus. Baſil. 1558. pag. 218.

m) in Annotat. pag. 189.

n) cfr. Joh. Dav. Michaelis *Anmerkungen für Ungelehrte zu ſeiner Ueberſetzung des N. T.* Tom. III. Goetting. 1791. pag. 422. Idem cum illo eſt S. V. *Schleuſnerus* (in Lexico ſub voce μεσιτης et ἑις) ita vertens: „*internuncius non eſt unius partis, ſed „plurium. Deus eſt una pars.*“

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Apoſtolum fortaſſe ad gentiles reſpexiſſe, qui Moſen μεσιτην ſibi non elegiſſent, nec illis ab eo lex ſcribi potuiſſet.

§. 19. CLARKIUS o) vertit: „*quilibet vero μεσιτης „eſt duarum partium. Deus eſt una pars.*“ Hactenus cum Caſtellione et Michaeli egregie quidem conſentit, multum vero ab iis aberrat in conſtituendo illo, de quo dicta haec ſumit. Illi enim ad Moſen retulerunt, hic vero ad Chriſtum, quem jam in formula v. 19. ἐν χειρι μεσιτȣ inveniſſe ſibi viſus eſt, ita eam exponens: „per „Chriſtum mediatorem, cujus figuram praetulit Moſes.“ Quare quoque ſenſum v. 20. hunc ponit: „Ergo quorum „erit Chriſtus mediator, niſi Dei in hominum?“

§. 20. Quodſi itaque communem his viris dijudicas ſententiam: Quilibet internuntius non eſt unius partis; Deus vero eſt una pars; non invenies, quod dubites, ſi vel verborum vim vel ſententiae ipſius veritatem reſpexeris. Animum vero ad orationis ſeriem vertens, atque de hujus ſententiae cum praecedentibus conjunctione et ejus conſilio atque virtute quaerens, aliud feras judicium neceſſe eſt. Dicunt enim Caſtellio et Michaelis, de Moſe haec valere verba. Quorſum? Singulos audiamus. CASTELLIO dicit, hanc inde prodire ſententiam: Moſen fuiſſe ſequeſtrum inter Deum et Iſraelitas. Quam vero jejuna et frigida, atque ab omni orationis contextu aliena haec ſit ſententia atque otians ita, ut cauſa prorſus nulla afferri poſſit, qua Apoſtolus motus Galatas id docuerit, quod tralatitium et tritum ſatis erat, nemo non videt. Nec certe Caſtellio eam elegiſſet, niſi facilitate, qua in ſe gaudet, et propria verborum vi, quam ſervat, ipſi ſe commendaſſet.

§. 21. Meliorem vero loco noſtro medicinam adhibitam fuiſſe vix cenſebis, ſi cum MICHAELI ex eo, quod

o) Affero Clarkii ſententiam e Koppii Excurſ. VII., omni enim ſtudio mihi quaerenti ipſum ejus libellum inſpicere non contigit. Winterbergius (apud Henkium l. cit. p. 556.) Clarkii ſententiam quoque laudat, ſed locum, ubi ea invenitur, cum Koppio tacet. Male adeo Clarkii verba: „quilibet vero μεσιτης eſt „duarum partium. Deus eſt una pars,“ ita reddit: „*ein jeder „Mittler iſt zweyer Partheyen, wovon Gott die eine Parthey „iſt.*“ Ergone Deus cujuscunque pacti, ubi duae partes locum habent, ſemper altera eſt pars? —

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Moſes Dei et Iſraelitarum mediator fuerit, concludere velis: gentiles ergo non teneri lege Moſaica, quippe qui Moſen mediatorem non habuerint; cum in aprico ſit, Apoſtolum non modo Chriſtianos e gentilibus, ſed et illos e Judaeis obſervatione legis Moſaicae exemtos eſſe, nec ullum omnino Chriſti aſſeclam illa lege amplius teneri docere voluiſſe. Videretur Paulus legis abſervationem Chriſtianis e Judaeis certe defendiſſe, ſi illis verbis modo innuere voluiſſet, Chriſtianos e gentilibus legi illi non eſſe obſtrictos; quae quidem ſententia aeque periculoſa fuiſſet, ac a Pauli conſilio quam maxime aliena. Nec denique probari poteſt, quod Michaelis formulam: ὁ μεσιτης ἑνος ὐκ ἐσι, verterit: mediater non conſtituitur, eligitur ab una parte paciſcentium, cum ἑνος τινος nullibi hanc vim habeat: conſtitui ab aliquo; quam nec Michaelis ei tribuiſſet, niſi illa Moſis loca animo ejus obverſata fuiſſent, ad quae Apoſtolum noſtro in loco reſpexiſſe optio antea et perſuaſio ipſi fuiſſet. Nec non propterea haec improbatur ſententia, quod neque in praecedentibus neque in ſequentibus invenis, quibuscum cohaereat, ſed hanc conjunctionem ſententiis ex ingenio interpretis additis, demum conſpicias.

§. 22. Infelicius vero Clarkius loci ſenſum inveſtigavit, qui loco intulit, quae prorſus ab illo abhorrent, nec juſta uſus eſt argumentatione. Nam per ἐν χειρι μεσιτε Chriſtum per Moſen eſſe praefiguratum, ne umbra quidem in verbis eſt, nec ulla unquam interpretatio evincere hoc poterit. Quodſi vero adeo certum ſit, de Chriſto in antecedentibus eſſe ſermonem, nullo tamen modo adparet, qua ratione argumentari poſſit: quia mediator non unius eſt partis, Deus vero una pars eſt, Chriſtum neminis niſi Dei et hominum eſſe poſſe mediatorem. Nec denique contextui favet, qui de lege Moſis agit, non autem de Chriſto, et nimis multa cogitando addi cogit, ſi orationis ſeriei aptare eam velis ſententiam. Quare neutra, omnium minime vero Clarkii de loco noſtro ſententia arridet.

§. 23. Lockius *p*) ita locum noſtrum περιφραζει: *„Es iſt aber das Geſetz von den Engeln einem Mittler in*

p) Joh. Locks Paraphraſtiſche Erklärung und Anmerk. über S. Pauli Briefe an die Galater, Cor. Röm. u. Epheſ. Ueberſetzt

„*die Hände überliefert worden; und daraus erhället deut-*
„*lich, dafs das Gefetz die Verheiſſung nicht aufheben*
„*kann.*“ *Denn wo ein Mittler iſt, da müſſen*
„*zwo Partheyen ſeyn, die mit einander zu*
„*thun haben: Gott aber iſt von dieſen zwo*
„*Partheyen erſt eine.*“ Summam Paulinae argumentationis vim *Lockins* in nota adjecta in eo eſſe putat, quod promiſſio pactum ſit inter Deum ab una, et inter Iſraelitas et gentiles ab altera parte (v. 14.), quod niſi conſentientibus omnibus his partibus, tolli nequeat; atqui vero in lege Deum unam modo partem eſſe, gentiles ibi non adeſſe, ergo nec legem tollere poſſe promiſſionem.

§. 24. Haec *Lockii* interpretatio quamquam magno fulgeat ingenii acumine, eo ipſo tamen a vero loci ſenſu abhorrere videtur. Primum enim ratio, qua verſum noſtrum cum praecedenti junctum eſſe voluit, non probatur. Nam non ex eo, quod in lege ferenda mediator locum habuit patet, promiſſionis vim Chriſtianis certe e gentibus non eſſe ſublatam, nec legem ad eos pertinere; ſed inde potius patet, quod ille legis mediator non gentilium, ſed Iſraelitarum modo res curavit. Cum ergo haec in verbis non eſſent, ex arbitrio interpretis addenda erant. Deinde haec interpretatio promiſſionem Abrahamo factam ut pactum, ſimile prorſus legis pacto, tractat, non niſi utraque pacifcentium parte conſentiente ſolvendum, quod ut in Michaelis ſententia examinanda videbimus (§. 84.) ab Apoſtoli mente plane abhorret. Tum nec ſatis vera eſt ſententia, quam *Lockius* e loco eruit noſtro. In legis enim negotio Deus una atque ſola earum partium, quae in promiſſione locum habuerunt, non fuit; Iſraelitae enim, ad quos promiſſio quoque pertinebat, in legis pacto alteram conſtituebant partem. Quare hi ſaltem novum cum Deo inire poterant pactum, promiſſioni adeo adverſarium. Denique et haec interpretatio, ut multae aliae, legis defenſoribus multas relin-

von D. *Hofmann*. Tom. I. ad l. n. pag. 61. ſq. Idem plane cum Lockio in interpretando loco noſtro eſt *Doddridge*, ut videre eſt in collectione Anglicorum commentar. cui titulus eſt: *Die heil. Schrift des A. u. N. T. nebſt einer vollſtändigen Erklärung derſelben aus Engliſchen Schriftſtellern zuſammengetragen — mit Anmerkungen herausgegeben von Jacob Brucker.* Tom. XV. pag. 725.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

quit latebras, cum ſumma ejus vis in eo lateat, quod in legis pacto Deus et Iſraelitae ſolum, in promiſſione Abrahamitica vero Deus, et Iſraelitae cum gentilibus partes conſtituebant, unde concluditur, gentiles adhuc gaudere promiſſione illa, nec legem tollere promiſſionem. Quodſi vero adverſarii hanc promiſſionis vim in gentiles continuam concederent, eo ipſo tamen in Judaeos eam negare poterant.

§. 25. Moldenhaverus q) omnem loci difficultatem hac Pauli ſententia conſtituenda tuliſſe cenſet: „*Ein „Mittler hat es nicht mit einer Parthey zu thun, ſondern „zum wenigſten mit zweyen;* 1. Tim. II, 5. *Gott aber „war nur der eine Part, mit dem es Moſes als ein Mitt„ler zu thun gehabt.*“ Ad haec ob brevius dicta ſuppleri jubet: „*und müſſen ſich folglich die Iſraeliten als der an„dere Part zur Zeit der Gebung des Geſetzes, und ſo„gleich beym Anfange und auch hernach ſchwerlich ver„ſündiget, und ſich des göttlichen Zornes ſchuldig ge„macht haben, ſintemal ſie ſonſt eines Mittlers nicht be„durft hätten.*“ E quibus omnibus hoc tandem trahit argumentum: „*haben nun aber die Iſraeliten das Geſetz „ſogleich, als nur mit der Gebung deſſelben ein Anfang „gemacht worden, und auch nachher und zwar ſo über„treten, daſs ſie eines Mittlers bedürftig geweſen, ſo iſt „ja leicht zu erachten, daſs Gott das Geſetz nicht des„halb gegeben habe, um durch die Beobachtung deſſelben „gerecht und ſelig zu werden, und daſs wir es auch nicht „in der Art beobachten können.*“

§. 26. Non mea eget demonſtratione, quam multa haec interpretatio loco infert et cogitando addi cogit, ita, ut jam hac ex parte ſuſpecta fiat. Offendit quoque interpretis ſenſum, noſtri loci, ſumma quidem cum brevitate concinne tamen ſatis conſcripti, priorem partem de quolibet exponere mediatore, alteram vero, arctiſſime cum illa conjunctam, ad Moſen ſolum mediatorem referre. Argumentum vero ipſum, quod ex omni loco prodire jubet, variis quoque laborat vitiis Cauſa enim, cur lege Moſaica nemo Deo probari poteſt, non in eo latet, quod inter Iſraelitas multa regnabant flagitia, quorum coër-

q) cfr. *Gründliche Erläuterung der ſchweren Stellen der heil. Bücher N. T. von* D. *I. H. D. Moldenhawer.* Lipſ. 1763. P. I. ad l. n. pag. 416.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

cendorum cauſa mediatore egebant, cum lex illa et ita comparata eſſe potuiſſet, ut non ſolum flagitia impediviſſet, ſed et viam continuiſſet, qua Deo quis probari poſſit; ſed aliunde haec petenda ſunt. Nec Paulini argumenti vis, qua nos a legis obſervatione liberos eſſe dicit, in eo eſt, quod lex παραβασεων χαριν lata eſt, ſed in eo potius, quod e conſilio divino vi ſua gaudere modo debuit ad Chriſtum usque ἀχρις ἑ ἐλθῃ το σπερμα ᾧ ἐπηγγελται; quem rei cardinem Moldenhaueriana interpretatio prorſus negligit.

§. 27. Blaschius r) potiſſimum urget, Apoſtoli conſilium fuiſſe, e lege et promiſſione inter ſe comparata evincere, legem ad Dei favorem conſequendum ineptam eſſe, e promiſſione vero eum petendum. Quare et v. 19. duplici ratione ad illud diſcrimen legem inter et promiſſionem Apoſtolum reſpexiſſe cenſet, primum quod dicat, legem latam fuiſſe παραβασεων χαριν, et deinde δι' αγγελων ἐν χειρι μεσιτε, quae formidabilis legis ferendae ratio longe diverſum ejus conſilium a promiſſione indicet. His multis et nimis copioſe fortaſſe expoſitis, ita pergit: „*Nun „verſteht es ſich aber, daſs ein Mittler, wie in allen Fäl„len, alſo auch bey der Geſetzgebung, nicht eines Einzi„gen Mittler iſt, ſondern eine Sache zwiſchen zwey Par„theyen führt. Gott war alſo bey der Bekannt„machung des Geſetzes nicht einer allein, „das Volk war die zweyte Parthey. Bey der dem „Abraham zugeſagten Verheiſſung aber war „Gott nur einer; nur eine Parthey, die etwas zu„ſagte und verhieſs. In dieſer Verheiſſung iſt alſo die „Rede allein von Gnade, nicht von Thun. Dort aber „machte ſich das Volk zum Gehorſam, den es dem Geſetze „leiſten wollte, verbindlich.*“

§. 28. Quamquam haec *Blaſchii* interpretatio optimam et facillimam inerit rationem, qua elliptica loci noſtri oratio expleri poſſe videatur, ob diverſam tamen rem, ad quam Apoſtolum in noſtro commate reſpexiſſe finxit, mihi certe improbatur. Licet quidem Apoſtolus in praecedentibus legem atque promiſſionem

r) cfr. *Unterſuchung über die berühmte Schriftſtelle Gal. III, 20. „Ein Mittler iſt nicht eines Einigen Mittler; Gott aber iſt einig.“ von Joh. Chriſtian Blaſche. Jen. 1787.*

saepius comparaverit, non tamen tantum in modum hoc fecit, quem *Blaschius* summa cum diligentia eruit, nec certe proxime praecedente v. 16. discrimen illud tenuisse censendus est. Indicat ibi potius legis consilium et tempus quousque stare illa debuit, nec diserte ad promissionem in illis respexisse videtur. Potest quidem facile haec ratio istis inferri verbis et scriptoris consilio annumerari; sed infertur profecto, nec ex ipsis promanat verbis. Quare nec nostro in commate, ubi tam concinne omnia, ad unam eandemque rem referenda, dicta affulgent, eam facile ferrem rationem, quae priorem partem de lege, alteram de promissione exponit, atque loci concinnitatem eo aeque violenter rumpit, ac ejus brevitatem magis obscurat. Nec denique pauca sunt, quae ex hac interpretandi ratione cogitando addenda sunt, ut eundem cum *Blaschio* attingas loci sensum, eaque maximi momenti, quae ab Apostolo lectoribus addenda vix relinqui poterant. Non enim inde, quod in lege ferenda duae partes locum habuerunt, in promissione vero largienda Deus solus promisit, id sequitur, quod Blaschius inde ducit, sed potius, quod populus in lege stabilienda ea spopondit, in felicitatis conditionem, quae ab ipso non poterant expleri. At hic non latuit cardo, quo Apostoli argumentatio proxime praecedens vertebatur, qui in illis verbis: ἀ'χρις ἓ ἔλθῃ το σπερμα ᾧ ἐπηγγελται, potius conspicitur, et nostro quoque versu adhuc regnat, ab ista vero interpretatione prorsus negligitur.

§. 29. Hos excipiat *ea* interpretum *pars*, *quae* in priori membro interpretando cum praecedentibus conspirat, atque *ad ἑνος supplet μεσης*, sed in constituendo sensu membri posterioris varie ab istis recedit, *atque illud εἰς ἐστι absolute positum de numero interpretatur*, de eo scilicet qui quoad numerum unus est. Quo respectu vero Deus unus dicatur, diverse iterum constituitur. Inter quos praecipue eminent *Zachariae*, *Hessius*, *Langius*, *Storrius*, *Tellerus*, *Fuhrmannus*, *Besenbeccius*, et *Wetstenius*, quos singulos audiamus.

§. 30. Zachariae *s*) summam loci nostri virtutem et vim in diversum ponit modum, quo et lex lata et pro-

r) D. G. F. Zachariae *Paraphrastische Erklärung der Briefe Pauli an die Galater*, Ephs. etc. Goetting. 1770. p. 27 et 28.

missio data est, quare et antecedentia in suum convertens usum, ita omnem locum interpretatur: „*Gott „bediente sich bey der Gesetzgebung eines Mittlers, welches Moses war, zum Beweise, dass es mit ihr eine ganz „andre Bewandniss habe, als mit der dem Abraham ertheilten Verheissung. Eine Mittelsperson setzt „nämlich zwey Partheyen die gegen einander etwas versprechen, voraus, indem ein einseitiges Versprechen ohne Gegenversprechung keiner Vermittlung zwischen beyden bedarf. Beym Abraham „aber verspricht Gott allein, welcher ihm aus „freyer Gnade eine Verheissung ertheilt, da hingegen hier „das ertheilte Gesetz, dazu sich das Israelitische Volk „feyerlich verpflichten musste, ausser Gott die Gegenwart „einer Mittelsperson zwischen ihm, dem Gesetzgeber und „dem Volke, so zu diesem Gesetze sich verpflichten musste, „erforderte.*“ Quibus quidem satis clare mentem suam aperuit atque declaravit, quo in capite cardo rei ipsi se vertere videatur; quam vere autem hoc fecerit, infra (§. 36.) videbimus.

§. 31. Hessii *t*) sententia de loco nostro quoad summam rei illi Zachariae simillima quidem est, cum hic quoque verba posterioris membri: ὁ δὲ θεος εἷς ἐστι, ad promissionem Abrahamo factam referat, sed in subjecto constituendo multum ab illo differt. Quod enim Zachariae de illo dictum censebat, qui promissionem Abrahamo dederat, id intelligit *Hessius* de illo, ad quem illa pertinebat promissio, cui proprie promissio data fuerat. Quam vero sententiam nullo alio modo defendere posse ipse profitetur, nisi verba: ὁ δὲ θεος dicta esse sumat pro: ὁ δὲ χριστος. Ejus haec sunt verba: „*Wo aber nur einer ist, (den die „Sache angeht, der dabey zu thun hat u. s. w.) da bedarf es ja keiner Mittelsperson. Nun ist ja „aber der, von welchem in jener Verheissung die Rede ist, Gott (oder der Messias) nur „einer.*“ — Unde hanc Apostoli mentem prodire putat: felicitatem non posse exspectari e lege, sed a Christo. Nam in legis negotio duas esse partes, felicitatem vero

t) cfr. *Geschichte und Schriften der Apostel Jesu. Von dem Verf. der Lebensgeschichte Jesu.* Tom. I. lib. IV. Cap. IV. pag. 445.

promiſſam unum modo ſpectaſſe (*v.* 16.) ſcilicet Jeſum; ita a Chriſto non a lege petendam eſſe felicitatem promiſſam.

§. 32. LANGIUS *u*) locum noſtrum obſervationem eſſe dicit, a Paulo, ut et alias ſoleat, ad vocem *μεσιτης* v. 19. factam, ingeniumque Apoſtoli redolentem. Quoad verborum ſignificationem et loci verſionem idem eſt cum Zachariae et Heſſio, vertit enim: „*Ein Mittler iſt „nicht eines Einigen Mittler, Gott aber iſt „Einig.*“ Sed in uberiore verſionis hujus expoſitione, ejusque cum praecedentibus conjungendae ratione, ſuam ipſe ſibi paravit viam, ab illa Zachariae et Heſſii multum alienam, nec non magno conſpicuam ingenio. Hanc enim Pauli mentem eſſe cenſet: „*Bey einem jeden Mitt-„ler hat man nicht blos auf die eine, ſondern auch auf „die andere von den zwey Partheyen zu ſehen, zwiſchen „welchen er gleichſam mitten inne ſteht; denn kein Mittler „iſt eines einzigen Mittler, ſondern ein Mittler und Eine „Parthey iſt ein Unding. Daher haben wir auch beym Mitt-„ler nicht blos auf das Volk Iſrael zu ſehen, deſſen Mittler „er war, ſondern auch auf Gott, der mit ihm zum Be-„ſten des Volks in Unterhandlung trat. Wer iſt aber „dieſer Gott? Er iſt nur ein Einziger; der Juden Gott „und der Heyden Gott* (Rom III, 29. X, 12.) *und (dieſs „iſt der Gedanke, den der Apoſtel zurück behält, und „ſelbſt folgern läſst) wir können und dürfen alſo nicht „glauben, daſs die Verbindung, worein er durch die Ver-„mittlung Moſis mit dem jüdiſchen Volk getreten iſt, ſei-„nen übrigen Verheiſſungen und Verbindungen Eintrag „thun werde.*“ Hinc itaque adparet, Langium caput argumentationis in eo poſuiſſe, quod Deus unus Judaeorum atque gentilium ſit; unde hanc ſequi jubet ſententiam: eum promiſſionem populo cuidam largitam non irritam reddere poſſe nova, alii populo facta promiſſione, nec itaque legem per Moſen Iſraelitis a Deo datam, ejus promiſſioni Abrahamo factae aliquid detrahere poſſe. Caeterum ſuam interpretationem verborum: *ὁ δε θεος εἷς ἐστι*, e 1 Tim. II, 4—6. lucem petere cenſet.

u) cfr. lib. cit. Tom. III. pag. 172. ſq.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

§. 33. STORRIUS x) denique ſua hujus loci interpretatione propius accedit ei Zachariae, idem quoque in verbis: ὁ δὲ θεὸς εἷς ἐστι ad Deum reſpiciens, qui Abrahamo promiſſionem dedit, quamquam aliam inde derivat argumenti vim. En ipſam *Viri S. V.* interpretationem: „*Internuncius vero unus non datur* h. e. ubi unus ſolus agit, nullus internuncii locus eſt, internuncii notio „requirit duas, mandantem et referentem mandata; *Deus „vero unus ſolus eſt, qui promiſit* (ἐπηγγειλατο v. 19.). „promiſſio, quae (v. 16 — 19.) comparata fuit cum lege, „non per internuncium, ſed ab uno ſolo Deo (v. 17. 18. „Gen. XV, 1. 4. ſq. 7. 9. 18.) itaque tali modo propoſita „fuit, quem facile Abrahamus ferre poſſet, ut ſequeſtro „nihil opus eſſet. Atque haec diverſitas rationis, qua „Deus in promulganda hinc lege, hinc promiſſione uſus „fuit, utriusque inſtituti diverſum conſilium arguit. In „lege ferenda ſpectavit Deus, ut metu allato tantisper „coëreeret (Ebr. XII, 18 ſq.) in beatitis (v. 22 — 24.) „promiſſione (Gen. XV, 1. 7. coll. Ebr. XI, 9 ſq.) et pro„mulganda, ut, metu ademto (Gen. XV, 1.) erigeret ad „ſpem perpetuae beatitatis.“ E *Storrii* itaque ſententia Apoſtolus loco noſtro praecipue ad variam et legis et promiſſionis promulgatae rationem attentos lectores reddere voluiſſet, cujus illa metum injecerit, haec vero metum adimerit, illa caruerit ſpe futurae beatitatis, haec vero eam propoſuerit.

§. 34. His jam interpretum celeberrimorum ſententiis expoſitis, vera earum ratio facilius in examen poteſt vocari. Quodſi vero omnium horum interpretationum grammaticam quaeſiveris rationem, non invenies, quod multum contra poſſis monere. Ad verba enim: ὁ δὲ μεσιτης ἑνος οὐκ ἐστι ſuppleri poſſe μεσιτης, nulla impeditur grammatices lege, et facillima locum interpretandi ratio videtur. Nec ullum offendet, numerale εἷς in poſteriori membro, vi ſua nativa et nude poſitum eſſe. Nulla enim cogit grammatices neceſſitas, vocabulo εἷς, ad ſimilitudinem ſuperioris membri, cogitando addere μεσιτου, ſed poteſt quoque nude accipi atque ſuppleri θεος. E grammaticae itaque interpretationis capite nullus datur locus

x) cfr. Ejus Proluſio de conſenſu epiſtolarum Pauli ad Hebraeos et Galatas, Tubing. 1791. pag. 13 — 15.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

contra illas monendi interpretationes. Quaerendum propterea eſt, num idem et contexto faveant ſermone, et ea gaudeant intelligentiae facilitate, quam in tali loco obſcuro prae caeteris curare debemus?

§. 35. b. ZACHARIAE et *S. V.* STORRIUS ob cognatam eorum interpretationem primi prodeant in cenſuram. Uterque enim locum noſtrum de diverſa interpretatur ratione, qua Deus uſus eſt et in promiſſione et in lege promulganda. In illa nimirum ipſe unus Deus ac ſolus promittit, in hac vero non Deus ſolus, ſed et Judaei promittunt, miniſtro adhibito et internuntio Moſe. Haec ZACHARIAE. Quid vero diverſa haec promiſſionis et legis promulgandae ratio ad Apoſtoli conſilium faciat, quo modo inde eluceat, Chriſtianos non amplius teneri legis obſervatione, non video, nec expoſuit Zachariae.

§. 36. Conjiciendum itaque erit, quid ex diverſa illa ratione ad caput rei prodire voluerit auctor. Vel igitur haec argumentatio animo ejus obverſata fuit: quia in legis negotio, Moſe mediatore, pactum ſancitum eſt, in quo utraque pars aliquid ſpondebat, hoc pacto nemo teneri poteſt, niſi qui ipſe in pacti conditiones conſenſit. Conſenſerunt vero modo Judaei, qua Judaei, non autem Chriſtiani; nec itaque Judaeus, quando deſinit eſſe Judaeus et Chriſto nomen dat, ut et quisque alius Chriſti aſſecla (e gentilibus) hoc pacto amplius teneri poteſt, nec ad eum illud pertinet. Promiſſio vero Dei Abrahamo et proli ejus, i. e. Chriſto (v. 16.) data, ad omnes ejus pertinet aſſeclas, et eſt gratuita promiſſio, πιστιν modo ex illis, quibus data eſt, urgens. Si haec fuerit Zachariae ſententia, in ſe quidem vera, ſed nimis longe repetita, nimis profunde e jure circa pacta hauſta, a conſueta Pauli argumentandi ratione nimis remota, et nimis difficilis et in addendis artificioſa dici poterit. Vel ſi praeſtantiam promiſſionis prae lege inde voluiſſet evincere, quod promiſſio a Deo ipſo (immediate), lex vero a Deo per Moſen mediatorem (mediate) venerit, vereor, ne vel nimis vilem vel adeo nullam inde probaverit ejus praeſtantiam, certe non docuerit, Chriſtianos non amplius teneri legis obſervatione. Nam quod mediator rite conſtitutus inter duas partes agit, idem habetur ac ſi partes ipſae egerint, nec ejus miniſterio ulla pacto detrahitur vis. Deinde ſi

Deus Abrahamo per alium mediatorem dediſſet promiſſionem illam, idem ipſa valeret, atque legis ſumma, ſi idem contineret, quod eſt in promiſſione, eandem haberet vim, ſi vel maxime Moſis interventu lata fuerit. Manus internuncii et mediatoris itaque non mutat rem, ſed caput rei pendet potius ab eo, quod ope mediatoris vel ſine mediatore conſtituitur. Nec denique, ſi vel maxime promiſſio ſine mediatore exhibita, majoris eſſet virtutis lege, quae mediatorem habuit: hinc tamen non ſequeretur, Chriſtianos a legis obſervatione eſſe liberos, niſi hoc aliunde conſtaret. Vel denique hanc conjunctionem ſibi cogitavit: ubi μεσιτη locus datur, duae ſint neceſſe eſt partes, quarum utraque alteri aliquid promittit et ſpondet. In legis negotio duae ſunt partes invicem ſibi ſpondentes: Deus, qui Iſraelitis vitam, Iſraelitae, qui Deo obedientiam promittunt. Si itaque Judaei legis praecepta ad unum omnia ſervaſſent, e lege viverent. Atqui vero cum nemo legem ita poſſit obſervare, ut ei prorſus ſatisfaciat (v. 10. 11. 12.) nec vita (felicitas), ſed mors et poena inde in eum redundat, cum laeſa pacti conditione ab una parte, nec altera ſua tenetur promiſſione, δια νομυ itaque ἡ τυ θευ δικαιοσυνη ἐκ ἐρχεται. Promiſſio vero Abrahamo et per eum Chriſto facta pollicetur δικαιοσυνην ἐκ πιστεως, nulla tam difficili atque atroci adjecta conditione; vetus ratio benevolentiae divinae et conjunctae beatitatis (της ευλογιας τυ αβρααμ v. 14. coll. 9.) conſequendae poſita eſt in fiducia (v. 6.) promiſſionis (v. 16—18.) divinae ejusque ſolemniſſimae. Quare ergo ἐκ πιστεως, nec ἐκ νομυ Chriſtianis erit perenda δικαιοσυνη παρα τω θεω, Quae quidem explicandi ratio haud ſpernenda mihi videtur. Si enim ex ipſa promiſſionis et legis ferendae ratione diverſa ad id concludere monere voluiſſet Apoſtolus lectores ſuos, ut ex illa de diverſo utriusque conſilio admoneantur, leviſſimum imo peſſimum conſilii hujus conſequendi argumentum elegiſſe cenſendus eſſet, cum lex Moſaica non propterea ad δικαιοσυνην θευ aſſequendam non facit, quia per μεσιτην lata eſt, ſed haec ejus inutilitas aliunde potius petenda eſt. Leviſſimo, ut ipſe leviſſime judicem, Apoſtolus uſus eſſet rei ſuae comprobandae argumento, quod re ſalva abeſſe quoque poſſet. Nec in V. T locus reperitur, qui probet, Deum in lege ferenda propterea mediatorem adhuiſſe, ut diverſam ejus a promiſſione Abrahamo facta oſtenderet vim et virtutem. Caeterum nec

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

ſententiam, quam Zachariae propoſuit, facile veram quis omnino dixerit, cum μεσιτης locum quoque habere poſſit inter duas partes, quarum altera modo promittit, altera vero promiſſa accipit. De duritie denique, ad formulam: θεος εἰς ἐστι, ſupplere: qui promittit, ad Storrii ſententiam dicemus.

§. 37. STORRIUS clarius mentem ſuam expoſuit. Cenſet enim Apoſtolum Moſis μεσιτε mentionem injeciſſe, ut probaret, legem παραβασεων χαριν latam eſſe, non autem ut ad ſpem laetabilem excitaret. Patere enim ex Exod. XX, 15 — 17. Deut. V, 5. 20 ſq. Moſen μεσιτην Iſraelitas inter et Deum electum fuiſſe ob terribilem modum, quo Deus ſe declaravit, quem Iſraelitae ipſi ferre non auderent ſed fugerent. Ipſa quidem ſententia per ſe vera eſt, an vero Paulus in verbis: εν χειρι μεσιτε ad hunc terribilem legem promulgandi modum reſpexerit, non patet. Sequentia potius e Storrii interpretatione huic obſtare videntur ſententiae. Quodſi enim Apoſtolus in verbis εν χειρι μεσιτε ad horrendum illum modum, quo lex lata eſt reſpexiſſet, quomodo ita pergere quaeſo potuiſſet: internuncius vero unius non datur. Quam quaeſo hujus cum antecedente conjungendi invenies rationem? E coelo potius haec ultima videretur elapſa ſententia. Quare aliud verborum εν χειρι μεσιτε conſilium, vel alia ſequentis membri quaerenda videtur interpretatio. Dura quoque videtur ellipſis, qua alteri membro medecina afferatur. Vertit enim: Deus vero unus ſolus eſt, qui promiſit, et reſpicit ad ellipſeos hujus vindicias ad επηγγελται v. 19. Offendit vero ſane ſenſum interpretis, in membris ſibi invicem quam ſimillimis et arctiſſime conjunctis ad diverſas reſpicere res objectas. Nam ſi membrum prius: ὁ δε μεσιτης ἑνος οὐκ ἐστι verti audio univerſe: Internuncius vero unius non datur, vix fero ſequentis ſimillimi membri: ὁ δε θεος εἰς ἐστι, verſionem: Deus vero unus eſt, *qui promiſit*, ſcil. in negotio cum Abrahamo. Nam membrorum et quoad verba et verborum ſeriem ſumma concinnitas, monet et ad interpretationis ſummam concinnitatem, quam illa interpretatione neglectam video. Nec quemcunque, qui nulla praeconcepta opinione locum legit, divinaturum ſpero, Apoſtolum in verbis: ὁ δε θεος εἰς ἐστι ad επηγγελται reſpexiſſe, quod indefinite v. 19. legitur. Denique omne argumentum, quod Storrius loco noſtro ineſſe cenſet, diverſam nimirum rationem, qua

Deus in promulganda hic lege, illic promiſſione uſus fuerit, utriusque inſtituti diverſum conſilium non ſatis grave arguere videtur, quo Paulus noſtro in loco, ubi ob rei gravitatem graviſſima quoque argumenta curae ei eſſe debebant, uſus fuerit. Storrium vere recentem e diligenti epiſtolarum ad Ebraeos et Galatas comparatione, iis quae Ebr. XII, 18 ſqq leguntur, facile perſuaſum et deceptum, qui et noſtro in loco idem propoſitum arbitraretur, et ſtudio utriusque epiſtolae argumentum conjungendi impeditum fuiſſe cenſeo, quo minus difficilem rationem, quae plura loco addi cogit, ſentiret.

§. 38. *Heſſianae* ſententiae examen parum nos morabitur. Ruit enim jam eo, quod *Heſſius* ipſe tueri eam non alio modo poſſe profiteatur, niſi ὁ δε θεος ſumat pro ὁ δε χριστος, cujus permutationis exempla et alibi in Apoſtolorum epiſtolis ſibi inveniſſe opinatur, nullo vero, quod valde doleo, exemplo allato. Sed Langius z) recte judicat, ejusmodi permutationes inter ea eſſe media, quibus interpretes loco lucem accendere ſolent, de cujus ſana et vera interpretatione omnem prorſus ſpem dejecerunt. Quatenus porro haec Heſſii loci interpretatio cum Storriana conſentit, idem de illa valet, quod antea contra iſtam monitum eſt. Caeterum et ipſe ſenſus, quem Heſſius ad ſummam inde promanere jubet: felicitatem et probitatem propterea e lege venire non poſſe, quod iſta felicitas uni modo ſit promiſſa, in legis vero negotio plures, duo ſaltem locum habuerint, nimis arguta videtur, quam quae argumenti loco haberi poſſit, imo ne quidem vera. Nam in promiſſione duae quoque partes locum habebant, Deus nimirum et Abrahamus ejusque proles, ut in lege Deus et Iſraelitae, nec itaque Moſe addito partes multiplicantur, nec μεσιτε abſentia in promiſſione, partium numero ſubtrahitur.

§. 39. Venimus jam ad *Langii* loci noſtri interpretationem, quae, quo minus plauſum tulerit noſtrum, quatuor potiſſimum impeditur rationibus. Primum enim nimis arbitrarie in interpretando et applicando priori membro verſatus fuiſſe videtur. Qui enim hoc membrum

z) l. l. pag. 179.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

cum Langio tam universaliter vertit: „*Kein Mittler ist „eines Einzigen Mittler, sondern ein Mittler und Eine „Parthey ist ein Unding*, concedat necesse est, summam propositionis vim latere in numerali εἷς, quatenus numerum constituit, atque hanc vim ei quoque servandam esse in conjungendo hoc menbro cum orationis serie. Langius vero in applicatione hujus membri principalem hanc numeralis vim neglexit, et ad rationem et conditionem, non vero ad numerum partium praecipue respexit, ita applicans locum: „*bey einem jeden Mittler* (sic et in Mose) *hat „man nicht blos auf die eine sondern auch auf die andere von den zwey Partheyen zu sehen*," quod hanc vim aqud eum habet: examinandam et perscutandam esse rationem et conditionem, vel ut barbare dicam, qualitatem, non unius partis sed utriusque. Nonne vero aliam in verbis applicandis iis reddere vim primariam et regnantem, quam quae iis in vertendo tributa fuit, justae hermeneutices praeceptis obstat? Quis vero facile Langio concedat, formulam ὁ δε μεσιτης ενος οὐκ ἐστι hanc habere vim: in quolibet negotio, ubi mediatori locus datur, utriusque partis conditionem esse circumspiciendam et examinandam? Nemo imo potius non dicet, formulam istam partes numerare, nec vero ponderare jubere.

§. 40. Deinde et in interpretando altero membro eadem arbitraria versatum eum fuisse ratione censeo. Tribuit enim verbis: ὁ δε θεος εἷς ἐστι, hanc vim: Deus est unus, Deus aeque Judaeorum ac gentilium. Sententiam in se quidem veram esse, probant loca allata Rom. III, 29. X, 12. Utrum vero nostro quoque loco vera sit? sane dubitatur. Si enim εἷς θεος significare debet, Deum et Judaeorum et gentilium, hoc non nisi urgente contextu fieri potest. Jam vero in iis, quae proxime locum nostrum praecedunt, nihil de gentilibus dicitur, multo minus de ratione Judaeos inter et gentiles. Nam nostro in loco ad τα εθνη v. 14. recurrere suasit anxietas de probali loci nostri interpretatione, non autem Apostoli consilium et verborum series. His omnibus oppugnantibus facilius tamen ferrem istam interpretationem, si Apostolus in toto capite solummodo in eo esse censendus sit, ut doceat, Christianos e gentilibus non obstrictos esse observatione legis Mos. Sed e v. 2. et e totius loci ingenio adparet, Apostolum et ipsos Christianos e Judaeis potis-

simum edocere voluisse, se a lege Mos. liberos per Christum factos esse. Quare nec discrimen inter Judaeos et gentiles urgeri potest ita, ut εἷς θεος sit Deus Judaeorum et gentilium. Nec lucem nec argumentum petere haec interpretatio potest e 1. Tim. II, 4 5. 6. Ibi enim sensus èt vis verborum: εἷς θεος, et εἷς μεσιτης constituitur et clare exponitur adjunctis, scil. ὁ θελει σωθηναι παντας ανθρωπους, et ὁ δους ἑαυτον ἀντιλυτρον ὑπερ παντων. Talis orationis contextus interpretem de sensu verbi εἷς non ambiguum relinquit; quod nostro loco multo secus se habet.

§. 41. Tum offendit haec interpretatio quoque copia notionum, quas ad sensum ejus rite capiendum addere jubemur, quaeque ob earum gravitatem vel in summa Apostoli brevitate vix potuissent negligi atque omitti. Sensit hanc duritiem et ipse Langius ita, ut in antecessum contra hanc objectionem defendere se studuerit, quod haud rara esse dicat supplementa epistolis, prae caeteris Paulinis, interpretandis, addenda. Verum quidem, sed et cavendum est, ne auctori, nimio in nostram loci interpretandi rationem studio abrepti, plura tribuamus, quam quae ipse cogitavit. Nec plura addere loco obscuro decet interpretem, si paucioribus additis melior et facilior inde prodit sensus.

§. 42. Denique et ipsa sententia, quam ad summum e loco nostro prodire jubet, ex parte vacillare, nec consilio Apostoli prorsus respondere videtur. Sensum enim loci, quem supra jam ipsis ejus verbis attulimus, paululum infra clarius ita exponit: „*So gewiss es ist, „dass ein Mittler nicht eines Einigen Mittler ist, so gewiss „ist es, dass nur ein Gott ist;* unde sequatur: *also kann „die Unterhandlung keines Mittlers eines besondern Theils „und Volks des Menschengeschlechts der allgemeinen Liebe „der einigen Gottheit und ihren, einem andern Theil des „Menschengeschlechts gegebenen Verheissungen zuwider „lauffen.*“ Quae si ad liquidum usque resolvuntur, hanc porrigunt argumenti seriem: Deus mediatore usus Mose, parti generis humani, Judaeis dedit legem, alteri parti (gentilibus e v. 14, aut genuinis Abrahami filiis?) dedit promissionem. Lex Judaeis exhibita aeque promissioni alii humani generis parti datae obesse non potest, ac haec

legem irritam reddere nequit. Utraque, lex et promiſſio, ſua per ſe ſtat auctoritate atque vi. Nonne vero haec ſententia partim pugnat cum v 19. ubi dicitur, legem promiſſioni ad peccata coërcenda additam fuiſſe, quamdiu? in perpetuum? minime, ſed usque ad id tempus, quo venerit το σπερμα, ὡ επηγγελται? partim vero et hancce perniciosam in Apoſtoli lectoribus gignere potuiſſet ſententiam: gaudeant ergo promiſſione, quibus deſtinata fuerat, nos, Judaei, tenemus legis obſervatione, promiſſio enim divina alii hominum parti conceſſa non poteſt obeſſe legi nobis promulgatae! Quis vero hanc Apoſtoli mentem feret?

§. 43. Tellerus V. S. V. *a*) hanc loci noſtri exhibet interpretationem: „*Ein Mittler iſt nicht „eines Mittler, läſst ſich nicht denken, wo nur eine „Parthey iſt, Nun iſt Gott Einer (ſo ſollte nämlich „überſetzt werden, nicht, einig); es muſste alſo noch „eine Parthey ſeyn, die mit Gott in keinem ſo guten Ver- „nehmen ſtund, wie Abraham, dem die Verheiſſung ge- „ſchehen war, und die alſo einen dazwiſchen kommenden „Vergleich durchs Geſetz nothwendig machte.*“ Ex hac itaque interpretatione adparet, id quod ejus auctor et ipſe clare dixit, locum noſtrum non niſi cauſam continere, quare in calce v. 19. Moſes μεσιτης appellatus ſit, quod nimirum μεσιτης non unius eſſe poteſt. Deus vero unus eſt; adparere hinc, aliam adhuc fuiſſe partem, quam inter et Deum Moſes μεσιτης fuerit.

§. 44. Sed et huic interpretationi plura obſtant, quo minus probetur. Quatenus enim cum illa Caſtellionis conſpirat, idem quoque de ipſa valet. Frigere enim videtur ſententia, comma noſtrum modo reddere cauſam, quare Moſes dictus ſit μεσιτης, cum hoc Apoſtoli lectoribus ſatis conſtaret, nec hoc in noſtro contextu magni erat momenti. Quid vero oumis iſta ſententia, Moſem fuiſſe μεσιτην Deum inter et Judaeos ad totius rei caput faciat, non video, cum inde non intelligi poſſit, num Chriſtiani adhuc illi legi obſtricti ſint nec ne, de quo tamen praecipue hic agitur. Recurrendum itaque erit ad id, quod

a) *Wörterbuch des N. T. zur Erklärung der chriſtl. Lehre, von D. W. A. Teller*, ſub voce *Mittler*, pag. 291. edit. tertiae.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Tellerus cogitando addendum judicavit; ex eo nimirum, quod internuntius non unius, Deus vero unus sit, aliam adhuc partem adfuisse sequi, quae non tam bene cum Deo consentiret, quam Abrahamus, quaeque illud lege sancitum exigeret pactum. Sed haec non solum satis larga est additio, et largior fere, quam ipsa postulare videntur verba, sed ducit ad finem et ad illam summam sententiam, legem παραβατεων χαριν additam fuisse, quam nec contextus nec res ipsa facile fert. Exinde enim, quod legem παραβατεων χαριν, i. e. ad coërcenda flagitia additam quis dicat, non sequitur, Christi instituto vi sua eam excidisse, cum adhuc flagitia regnent, quae lege illa sint impedienda. Christianis saltem e Judaeis ista argumentatio legis auctoritatem non deminuisset. Deinde nec probatur comparatio Abrahami et Judaeorum. Nam in promissionis negotio Abrahamus non ut pars quaedam, sed potius ut ipse μεσιτης e mente Pauli spectandus videtur, quia promissum, quod per ipsum ad alios deberet venire, immediate a Deo accepit. In lege vero ferenda Judaei constituebant partem. Tam itaque multa illi per se satis facili et verbis accommodatae interpretationi accuratius examinatae abstare videntur.

§. 45. Fuhrmannus *b*) ex notione interpretis ad plures in negotio partes pacisentes versu nostro Apostolum haud inepte sic argumentantem exponit: „ubi interpres „est, non unus tantum, sed duo certe pactum mutuum „ineuntes intelligi debent; jam vero Deus in promis„sione Abrahamo danda unus est, non intercedente arbi„tro aut sequestre; promissio igitur illa non continetur „mutuo pacto, sed differt a lege; gratuitum est ac plane „liberum Dei beneficium, quod omnem propriorum de lege „observanda meritorum vim prorsus excludit.“ Ex hac itaque Fuhrmanniana interpretatione cardo rei vertitur in discrimine legem inter et promissionem. „In promis„sione illa nullus interveniebat transactor et interpres, „unus Deus promittebat Abrahamo beneficium, neque „ei adjungebat conditionem aliquam, aut reposcebat, ut „praestaret ac faceret aliquid vicissimim Abrahamus: „lex vero lata est per Mosen, interpretem legatumque

b) M. Jo. Guil. Fuhrmanni Differt. de subtilitate Pauli in argumentis tractandis. Lips. 1777. pag. XII.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

„divinum; pacto mutuo continebatur, Deus Iſraelitis prae-
„ſtabat felicitatem et ornamenta propria, Iſraelitae vero
„ſpondebant obedientiam, Exod. XIX, 5. 6. 8. Hinc
„igitur acriter urgenda verborum notione adjunctorum
„disjunctionisque vi, quod voluit demonſtravit, plane
„differre legem a promiſſione illa Abrahamo data, neque
„adeo felicitatem praeſtare.“ Hanc expediendi loci diffi-
cillimi rationem putat Fuhrmannus ſententiarum conjun-
ctioni caeteris eſſe accomodatiorem, majoremque cum
vim addere, tum lucem clariorem affundere ſequenti
v. 21.

§. 46. Nec ſane negari poſſe videtur, hanc loci noſtri interpretationem, quam *Fuhrmannus* praeivit, ſatis accomodatam ſententiarum conjunctioni dici poſſe, nec non multis aliis praeferendam eam cenſerem, niſi aliae impe-dirent difficultates, quae ex meo quidem ſenſu hanc loci expediendi rationem ſuſpectam reddere videntur. Primo enim offendit ſententiarum disjunctarum copia, quam iſta loco noſtro infert interpretatio, quippe quae in v. 19. de Moſe μεσιτη, in v. 20. priori membro de quolibet mediatore, et in ejusdem commatis poſteriori membro de promiſſione Abrahamo facta ſermonem eſſe contendit. Nonne vero hac ratione ſententiarum ſaltus ſaltum ex-cipere videtur, idque in tanta verborum brevitate et concinnitate? Quodſi vero loci cujusdam difficilis inter-pretio datur, verborum vi aeque ac orationis ſeriei con-grua, lacunasque ſententiarum ſaltibus explendas effu-giens; hanc aliis interpretandi rationibus, quae, quam-quam caeterum bonum loci conponant ſenſum, auctorem tamen ab una ad alteram ſaltaſſe ſiſtunt ſententiam, prae-ferendam eſſe, interpretis officium habeo. Deinde quo-que nec pauca ſunt, quae ex hac interpretandi ratione loco cogitando addenda ſunt, ut ſenſus loci plene conſtituatur. Nam ex eo, quod in lege ferenda mediator locum ha-buerit, in promiſſione vero Abrahamo data Deus ſolus, nullo uſus internuntio, egerit, ſenſus loci e *Fuhrmanni* mente nondum abſolvitur, addendum potius adhuc eſt: in legis negotio Iſraelitas Deo ſpondiſſe obedientiam, promiſſioni vero Abrahamo datae Deum nullam adjun-xiſſe conditionem, hincque patere, plane differre legem a promiſſione illa Abrahamo data, neque adeo felicitatem praeſtare. Haec vero additamenta nemo facile in verbis ipſis legendis ſuſpicabitur, multo minus in ſingularia haec:

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

facile quis incidet, qui cum Fuhrmanno priorem commatis noſtri partem notionem univerſe propoſitam habuerit. Nec ipſa haec, quae hactenus cum *Fuhrmanni* verbis ſupplenda attulimus, ad ejus rite et plene conſtituendam interpretationem ſufficiunt; nam exinde, quod in lege ferenda Iſraelitae obedientiam ſpoponderunt, qua felicitatis promiſſae participes fiant, in Abrahamitica vero promiſſione talis deeſt conditio, nondum ſequitur, quod *Fuhrmannus* vult, legem felicitatem non praeſtare, niſi ſimul addatur: neminem Iſraelitarum promiſſam praeſtare poſſe obedientiam. Hoc enim demum addito, quod ſilentio praeteriit Fuhrmannus, haud dubie ne ipſe nimis multa addidiſſe ſibi videatur, iſta valet conſecutio. E ſolo enim μεσιτε interventu illud non prodire, alio loco expoſuimus. His expoſitis quemlibet duritiem mecum ſentire cenſeo, quae eſt in verbis ὁ δε θεος εἰς ἐστι ita verſis: in promiſſione Abrahamo data Deus unus eſt, qui promittit.

§. 47. Besenbeccius *c*) in exiguo de noſtro loco libello, cujus pars prior b. Koppii et S. V. Gableri ſententiam utramque ne dicam examinat et dijudicat, ſed paucis annotationibus adjectis ſuperbe ſatis et acerbe dimittit, ſuam de ſenſu loci noſtri expoſuit ſententiam, quam — quo jure? infra videbimus; ac quo humanitatis ſenſu? alii dicant; — unicam noſtri loci ſenſum rimandi rationem vendere non erubuit. Verſio ejus non recedit a vulgari, quae numerali εἷς in utroque membro propriam ſuam vim tribuit, et ad ἑνος ſupplet μερους, ſed ſenſus, quem, unicum ſcilicet verum, extrudere inde didicit, a nemine ſine dubio divinari poteſt. Quare ipſum audiamus: „ὁ δε μεσιτης ενος οκ εστιν" quae verba ita interpretanda „arbitrer: internuncius autem non unius eſt, ſed plurium. „Quibus verbis Paulus ita argumentari videtur: Quando „plures homines internuncii ope utuntur, eo id agunt con„ſilio, ut alicujus rei participes fiant. Quod autem inter„nuncii opera conſequi ſtudent, id non eo pertinet, ut in „omne tempus id duret, ſed praeſenti rerum ſuarum ſtatui „acommodatum ſit. Poſt aliquod temporis ſpatium fieri

c) Actus ſollemnes in illuſtri Gymnaſio Erlangenſi ampliſſimi Scholarcharum collegii auctoritate d. XXI. April cIↃ IↃ CCXCVI habendos indicit Gymnaſii Conrector M. Caſparus Jacobus Beſenbeck. Praemiſſa eſt explicatio loci Paulini Gal. III, 20.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

„poteſt, ut aliud requiratur: ὁ δὲ θεὸς εἷς ἐστιν. Deus autem „unus eſt h. e. a Deo omnia proficiſcuntur: is legem per „Moſen inſtituit, ut Iſraelitae legis vi ab delictis peccatis„que obſtraharentur, atque ita Deo placarentur. Is Deus „unus, quia omnia efficit, quae nemo mortalium perfi„cere poteſt, Jeſum miſit, ut per eum id conſequeremur, „quod leges Moſaicae praeſtare nullo modo poterant.“

§. 48. In *Beſenbeccii* ſententia de loco noſtro examinanda perfungerer ſane paucis illis, quibus ipſe uſus eſt contra S. V. Gableri interpretationem: „non immo„rabor diu huic refutandae explicationi, ita enim com„parata eſt, ut nemini noſtrum locum accuratius intuenti „probari poſſit;“ quod ſane de ſe ipſe ceciniſſe habendus eſt, niſi ſumma ejus fiducia, ne dicnm arrogantia, qua unicam eam loci noſtri ſenſum rimandi rationem confidentur vendidit, uberius ejus examen poſtulare videretur. Sed videamus, qua via id iſtam unicam veram ſuam interpretationem venerit. Cenſet enim totius rei cardinem in eo verti, ut oſtendatur, quo modo verba noſtri commatis rationem contineant, quare Chriſti aſſeclis non amplius opus ſit, ut Moſaicae legis ſtatutis teneri ſe patiantur. Quoniam vero id interpretes ad unum omnes neglexerint, fieri aliter haud potuiſſe, quam ut non modo a vero aberraverint, ſed etiam omnem verborum ſententiam plane perverterint. Hoc certe vix dixerit autor, niſi ipſe aliorum interpretationes apud animum ſuum reputare neglexiſſet. Tantum enim, multis aliorum interpretationibus peluſtratis, abſum, qui earum autoribus eam approbrio faciam negligentiam, ut contra juſtius judicare poſſe mihi videar, plures nimio locum noſtrum ad totius riſeos conſilium accomodandi et appropinquandi ſtudio abreptos verbis vim feciſſe, et in alienas loci interpretationes deductos fuiſſe. *) Sed *Beſenbeccio* aliter

*) Haud alienum a noſtro loco eſſe puto, monere quaedam quae ad partem hermenentices ſpectant. Praecipitur enim, in omni interpretatione, maxime locorum difficiliorum, poſt grammaticam verborum explicationem, potiſſimum rationem eſſe habendam contextus et quod per ſe obſcurum eſt, lucem ſaepius petere e ſerie ſermonis. Omnis interpres hanc regulam facile ſummam fere habebit, cum aliena et ad rem non pertinentia fugere, quisque ſcriptor praecipuam ſibi legem ſcriptam exiſti-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

visum est, nec magnopere propterea reluctarer, nisi ipse

met. Quamquam itaque haec hermeneutices regula, in se firmissima stat, mitiganda tamen videtur in interpretatione N T. scriptorum. Ab omni enim scientiarum eruditione alieni erant scriptores illi, et ignorabant scholae regulas in exarandâ quacunque scriptione sequendas, et poterant itaque facile quaedam immiscere, quae ad rem non pertinebant, et salvo argumento abesse quoque poterant. Huc facit etiam, quod maxima scriptorum eorum pars in epistolis comprehendatur, quo in familiari scribendi genere, et frequentior aliena immiscendi ansa praebetur, et hujus libertatis facilior excusatio ab interpretibus largitur. Hujus rei exemplum nostro loco inesse videtur. Adparet enim Apostolum in Cap. III. epistolae nostrae docere, Christi asseclas non amplius teneri legis Mos. observatione. Probat hoc exemplo Abrahami, et de lege v. 11. contendit, neminem per eam Deo posse probari, nec posse promissionem, lege serius addita, irritam reddi. Cui bono vero lex? παραβασεων χαριν προσετεθη αχρις ὲ ελθη το σπερμα ὼ επηγγελται. Omnis loci nostri argumentatio eandem haberet vim, si vel v. 20. totus abesset, quod quisque, qui nulla praeconcepta opinione locum legit, facile concedet. Unde elucet, versum nostrum primarium rei argumentum dici non posse, si enim Apostolus tale illum habuisset, sine dubio clarius exposuisset. Sed in ipsis his difficilibus locis cernitur ambiguitas hermenentices illius praecepti, quod mitigandum censebam in interpretatione N. T. Interpres enim, qui in locum ejusmodi obscurum incidit, nec in ejus verbis invenit, quod ad rem pertinere ipsi videtur, ad argumentum totius riseos, praecepto illo monitus recurrit, atque verba loci sui ita torquet, ut vel probationem, vel explicationem argumenti continere videantur, quod eo felicius plerumque succedit, quo certius est, nullum facile dari scriptorem, qui ea immiscat, quae vel nullam plane cum argumento haberent rationem, vel interpretis ingenio et verbis vi illata ad illud non possent detorqueri. In eo Besenbeccius aperte lapsus est. Antea persuasus, verba v. 20. continere probationem totius argumenti, vim iis intulit, cum potius e contrario e justa verborum interpretatione decerni debuisset, num et quatenus ad omnem faciant rem. Exponere itaque, quatenus in libris N. T. praecipue epistolis contextus locorum obscurorum sensum constituere possit, quaeque cautiones in tali negotio adhibendae sint? opera videtur viri, rei periti, studio quam maxime digna.

hac opinione in loci interpretationem fuerit abreptus, quam facile omnium maxime arbitrariam habeo. Qua enim quaeſo ratione, quaque arte probare quis poteſt, ex eo, quod internuntius non unius, ſed plurium ſit, ſequi: id quod alii internuntii opera conſequi ſtudent, non eo pertinere, ut in omne tempus id duret, ſed praeſenti modo rerum ſtatui accomodatum ſit, et poſt aliquod temporis ſpatium fieri poſſe, ut aliud requiratur? Multa ſane quae in rebus humanis internuntii opera conſtituuntur, temporis ſubſequentis vel invidia vel favore, mutanda et aliter conſtituenda eſſe, veriſſimum quidem et experientia ſatis probatum eſt. Sed de his jam non ſermo eſt, quaeritur potius ſolummodo, utrum haec vera per ſe ſententia, inde ſequi dici poſſit, quod internuntius non unius hominis aut partis eſſe poteſt, ſed plurium. Libere profiteor, me omnibus meis viribus intenſis non intelligere, qua ratione diverſae hae ſententiae invicem cohaereant, ita ut una ex altera ſequatur, et quemcunque ſanum interpretem, omnem librorum ſacrorum interpretandorum provinciam Beſenbecciis mecum relicturum eſſe ſpero, ſi ex hoc ſpecimine eorum interpretatio foret inſtituenda.

§ 49. Si vero vel maxime ipſa haec arbitraria Beſenbeccii interpretatio omnibus ſanae hermeneutices et legices regulis non repugnaret, nec in vita communi, ubi quoque pacta, opera internuntii ſancita, dantur, quorum vis, quantum in rebus humanis locum habere poteſt, ſempiterna eſt, haberet quod ei obeſſet, ipſa tamen ob periculoſam, quam inde deducere poterant lectores Apoſtoli conſecutionem caderet. Quodſi enim Paulus verbis illis ὁ δε μ. ε. κ. ε. indicare voluiſſet, omne quod μεσιτης opera conſtituitur, non eo pertinet, ut in omne tempus duret, facile quisque Moſ. legum defenſor, qui haec legiſſet, dicere potuerit: ergo et ea, quae χριστος μεσιτης conſtituit, non in omne durabunt tempus. Apoſtolus certe ſecum pugnaſſet, cum aliis in locis v. c. Hebr. VIII, 6. IX, 15. Chriſtum dicit μεσιτην κρειττονος atque καινης διαθηκης, et aliis locis tamen ut 2. Cor. III, 11. contendit, hoc Chriſti inſtitutum perenne futurum nec unquam ceſſaturum eſſe. Pugnat denique et cum v. 15. ita clare, ut nullo modo pro Apoſtoli ſententia poſſit haberi. Tot et tanta fugiunt et latent interpretem, qui loci difficilioris ſenſum e ſermonis ſerie prius, quam e verborum vi eruere ſtudet.

§. 50. In interpretatione posterius membri eodem arbitrio indulsit suo. Nam verbis ὁ δ. ϑ. ε. ε. hunc sensum subjicit: unus est Deus, qui legem per Mosen instituit et Jesum misit. At non sermo est de Christo, sed de promissione Abrahamo facta ac de legis Mos. consilio et auctoritate agitur. Nec adparet, quo modo haec cum praecedentibus ex mente Besenbeccii interpretatis cohaereant, nisi molem eorum feras, quae auctor larga manu fertilique ingenio cogitando addi jubet. Sed in ejusmodi interpretatione haec levia sane modo habenda sunt.

§. 51. Wetstenius *d*) haec ad locum nostrum exposuit: „Sicut quando arbitrum vel medium vel sequestrum dicimus, intelligimus ad officium ejus pertinere, „ut non uni tantum partium faveat, sed utrique sese „aequum praebeat: ita etiam quando Deum dicimus, „intelligimus non Judaeorum solum, sed omnium hominum patrem. Unde statim colligitur, Mosen, qui inter „Judaeos solum et Deum medius fuit, non veri nominis „medium fuisse, sed a bonitate Dei exspectari debere „alium totius generis humani negotium gerentem i. e. „Christum. vid. Rom. III, 30. IV, 16.“ Ex his itaque adparet, Wetstenium verbis Apostoli hunc tribuisse sensum: ὁ δ. μ. ε. ϑ. ε. arbiter non uni tantum partium faveat necesse est, sed utrique se aequum praebeat. Jam vero Moses uni tantum hominum parti, Judaeis scilicet, aequum se praebuit, cum munus suum internuntii ad Judaeos solos spectaret, caeteras vero generis hum. partes beneficiorum pacti non participes redderet. At vero Deus non uni tantum generis humani parti, Judaeis, bene cupere potest, est enim ipse non Judaeorum solum, sed omnium hominum pater. Colligitur hinc, Mosen Judaeorum μεσίτην non eum esse, qui veri nominis dici possit mediator, sed alium exspectandum esse mediatorem, qui non Judaeorum solum, sed totius generis humani causam gerat, quem Christum esse cognovimus.

§. 52. Intelligitur ex his, b. Koppium *e*) de hac interpretatione bene monuisse: „sed quis tandem ferat,

d) Novum T. graecum — opera et studio J. J. Wetstenii. Tom. II. Amstel. 1752. p. 225.

e) In Excurs. VII. ad epist. ad Gal. p. 133.

„partim θεος ας hoc contextu verti: communis omnium „hominum pater; partim tantam ſententiarum multitudi- „nem cogitando addi, ut e loco ſcriptoris, quem inter- „pretamur, aliquo modo ſenſus eliciatur?“ Deinde durius quoque videtur, in hoc contextu formulam: εναι τινος vertere: favere alicui. Per ſe quidem ferret hanc explicationem, cum εναι τινος ſaepius in N. T. v. c. Rom. XIV, 8. 1. Cor. I, 12. nec non apud profanos ſcriptores, v. c. Diog. Laërt. VI, 3. και ευθεως Διογενης ην, ſignificet: cultorem alicujus eſſe, quod ad unum fere redit cum illo: favere alicui; quam et noſtro in loco libenter acciperem, ſi de mediatoris officiis, de ejus in utramque partem juſtitia ſermo fuiſſet. Cum vero noſtro in loco res aliter ſe habeat illa interpretatio hic non quadrare, ſed vim redolere videtur, quam interpres invitus loci difficultate ſenſit. Nec non haec formulae explicatio nimis multa cogitando addi cogit. Quod verba: θεος ας vertat: non Judaeorum ſolum, ſed omnium hominum patrem, in eo habet ſecum conſentientem Langium, qui, ut ſupra vidimus, vertit: non Judaeorum ſed et gentilium Deus, quod ad unum redit, quod illo tempore Judaei et gentiles totum conſtituerent genus humanum. Valet itaque et h. l. quod ad Langium monuimus. Nec Wetſtenius ſine dubio ita haec verba θεος ας interpretatus fuerit, niſi in formula antecedenti: εναι τινος de favore cogitaſſet, quo quis in alium tenetur.

§. 53. Tum nec in eo cum Wetſtenio facere poſſum, quod rem omnem tandem ad Chriſtum, verum totius humani generis μεσιτην redire cenſeat, nam in tota riſi Jeſus non eatenus ſpectatur, quatenus verus eſt μεσιτης, ſed quatenus eſt το σπερμα ω επηγγελται, ad quem promiſſio Abrahamo facta pertinet; et τε μεσιτε mentio modo ad Moſen injecta eſt, quae ſalva argumentatione abeſſe quoque poſſet. Nec denique omnis quoque, quam *Wetſtenius* eruere inde ſtuduit, argumentatio ſatis probatur. Eo enim, quod Moſis non totius generis humani, ſed Judaeorum modo, Chriſtus autem totius generis humani μεσιτης eſt, Chriſtianos e Judaeis et legum Moſ. ſtudioſos vix commoviſſet, qui Moſen dimitterent. Facile enim dicere potuiſſent: concedimus Moſen Judaeorum ſolum, Chriſtum autem omnium eſſe μεσιτην, uterque vero a Deo conſtitutus; quid inde? habemus igitur duos μεσιτας,

Moſen et Chriſtum, illum, quatenus natione Judaei ſumus, hunc, quatenus Chriſti diſciplinae nomen dedimus, ſequamur itaque utrumque, ut utrique ſatisfiat, obſervemus Moſis leges et Chriſti praecepta. Vel me non monente adparet, hanc concluſionem, quae ſponte ex illa Paulino Wetſteniana prodit argumentatione, omni Apoſtoli conſilio contrariam eſſe, qui ipſe docere enititur, ad Chriſtianos quoscunque non amplius pertinere legem Moſ. Quare nec verisimlle eſt, Paulum, qui ſaepius adverſariorum in defendendis legibus Moſ. ingenium et argutias cognoverat, tam lubrico contra eos uti potuiſſe argumento.

§. 54. Pergimus jam ad illorum interpretationes examinandas, *qui* cum reliquis ὁ δε μεσιτης ἑνος οὐκ ἐστι ſententiam univerſe propoſitam habent, nec non cum praecedentibus *ad* ἑνος *addi ſuadent* μερους, in eo vero ab illis recedunt, quod εἷς *in altero membro ſumant pro* ὁ αὐτος. Numerale εἷς et maxime neutrum ἑν ita legi, ut idem valeat, quod ὁ αυτος *idem*, *unus idemque*, conſtat, et probatur 1. Cor. III, 8. XI, 5. XII, 11. in quorum poſteriori utroque loco ἑν και το αὐτο conjungitur, ubi το αὐτο explicationi τῳ ἑν inſervire videtur. Poſſet itaque facile εἷς θεος verti: unus idemque Deus, qui ſemper idem manet, omnis mutationis expers. Sed in omnibus illis locis, ubi εἷς idem valet quod ὁ αὐτος, ut et in illis, quae ὁ αὐτος nude habent, ſermo eſt de immutabilitate perſonae vel aſſentiae, ii vero, qui noſtro in loco εἷς per ὁ αὐτος interpretantur, de eo ſolum intelligunt, qui quoad voluntatem, bene et honeſte factorum ſtudium ſemper ſibi conſtat, nullius culpae reum ſe unquam fecit. Utrum hoc diſcrimen magni ſit momenti, aut et aliis locis probari poſſit, alii dijudicent me hac in re doctiores. Ego equidem paululum offendor hac interpretatione. Magis vero offendit, quod haec loci ſenſum rimandi ratio duplicem numerali εἷς tribuit vim, cum tamen verſiculi brevitas atque verborum ſeries unam eandemque illius ſignificationem poſtulare videatur. Haec in univerſum de hac loci interpretandi ratione ſufficiant, plenius judicium, accuratius examinata cujusque interpretatione ferendum erit. Cognovi hujus ſententiae defenſores *Semlerum*, *Bruckerum*, *Gablerum* et *Bezam*, quos ſingulos audiamus.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

§. 55. SEMLERUS *f*) sententiam suam de loco nostro obscure satis exposuit, ita ut totum illum audiamus necesse est, ne lectoribus judicandi locus praeripiatur, an nos recte quoque mentem ejus assecuti simus. Hunc vero in modum locum nostrum περιφραζει: „Si „accessit internuncius: intelligimus, eum non esse tantum unius partis aut caussae; sed esse partem, cui opus „fuit hoc ministerio, quia non auderet ipsa cum Deo rem „peragere. Deus vera, qui omnibus populis ac genti„bus promiserat illud beneficium, est unus et idem.“ Hanc loci nostri paraphrasin in notis hisce interpretatur: „Hic μεσιτης divisas jam partes, post primum illud tam be„nignum pactum, occupat, quae inter se dissident; (intel„ligitis, populi illa flagitia interveniisse, ut ei opus esset „hoc mediatore, et novo hoc tam molesto foedere, quod „nunc suscipiebatur a populo. Abrahamo et ejus inge„nuis posteris, qui sequuntur veram, internam, religio„nem, haud sane opus fuit mediatore et internuntio talis „novi pacti, quod ad continua populi flagitia tantum per„tinuit.)“ Hanc putat esse facillimam interpretationem; sed quisque, qui hanc legit, ipsam ejus loci interpretationem adhuc exspectabit, ita obscure omnia sunt exposita, certe non liquet statim, quomodo haec posteria ad interpretationem illius paraphraseos aliquid faciant. Quare, ut clarior nobis fiat ejus mens, audiamus et ipsum verba: ὁ δε θεος εις εστι hunc in modum illustrantem: „Abrahami isti posteri non servarunt Abrahami in„dolem, delapsi potius in multa flagitia, itaque opus fuit „illis mediatore, qui aliud, particulare et exile pactum „iniret, cujus consilium fuit longe humilius; vita scilicet „pacata, sine sceleribus et flagitiis postea agenda. Sed „Deus non est alius ante hanc legem et post eam; idem ille „Deus, quod ad ipsum attinebat, mansit in bona fide, et „omnium gentium felicitatem, sine hac lege, porro ratam „habuit.“ Quae omnia si invicem confero, et ad id respicio, quod *Semlerus* et illa v. 19. verba: διαταγεις δι' ἀγγελων, ἐν χειρι μεσιτου, in legis contemtum addita censet, omnis ejus loci nostri interpretatio ad legis vilitatem et ejus con-

f) D. Jo. Sal. Semleri Paraphrasis epistolae ad Galatas cum prolegomenis, notis, et varietate lectionis latinae. Halae Magdb. 1779. pag. 323.

filium, παραβασεων ſcil. χαριν eam additam eſſe, comprobandum redire videtur. Ita enim fere argumentatus eſſe videtur: cujusque internuntii ratio plures, duas certe, partes requirit, easque diſſidentes inter ſe; unius enim ejusque conſentientis partis nullus datur μεσιτης; hoc quoque in Moſe μεσιτη fuit, duae aderat partes, Judaei et Deus, nec non inter ſe diſſidebant. Quis vero fuit cauſa diſſidii? Deus non fuit, is enim eſt ὁς, ſemper idem, et ſemper ſibi conſtans, qui manſit in bona fide, ſed Judaei multis eorum flagitiis a Deo diſſidebant. Cum itaque hic Deus ὁς Abrahamo ejusque genuinis poſteris felicitatem, nulla legis obſervandae adjecta conditione, dederit, promiſſo ſuo ſemper quoque ſtabit; lex enim non Dei ſed Judaeorum culpa addita eſt, παραβασεων χαριν, ut populus a flagitiis redineretur, quare nec populus ipſe cum Deo agere auſus eſt, ſed Moſen μεσιτην elegit. Si itaque Judaei in Abrahami fide manſiſſent nec in cruenta irruiſſent flagitia, nulla adveniſſet lex. Lex itaque promiſſionem irritam reddere non poteſt.

§. 56. Haec Semleri interpretatio eadem eſſe videtur, quam Bruckerus antea jam propoſuerat *g*) quamque ad Semleri illuſtrandam pauciſſimis, quibus ex ejus multiloquio fieri poteſt, addamus. „*Bey einem jeden „Mittler ſind zwey Partheyen nöthig, zwiſchen denen er „ſich zum Unterhändler brauchen läſst, und alſo muſs die „Hinderniſs, nicht ohne Mittler handeln zu können, auf „eine von ſolchen Partheyen fallen; darauf machet er den „Unterſatz: nun iſt Gott bey Verkündigung des Geſetzbundes die eine Parthey, die gar keinen Mittler und Unterhändler zu dieſer Handlung gebraucht hat. Hierauf „folgt der vom Apoſtel ausgelaſſene und zu ergänzende „Schluſs, deſſen Auslaſſung eben die Dunkelheit der Stelle „macht: ſo muſs dann die Urſache, daſs ein Unterhändler hat gebraucht werden müſſen, bey dem Volke geweſen ſeyn.*“

g) *Die heil. Schrift A. u. N. T. nebſt einer vollſtändigen Erklärung derſelben aus verſchiedenen Engländiſchen Schriftſtellern zuſammengetragen — mit Anmerkungen herausgegeben von Jacob Brucker.* Tom. XV. pag. 726 et 727. not. 1531.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

§. 57. Hac ſi in tanta verborum ambiguitate veram *Semleri* mentem aſſecutus ſum, facilius jam ea poterit examinari. Sententia enim per ſe ſpectata veriſſima quidem eſt, utrum vero ea jure quoque et ea ratione e loco noſtro eruatur, plures impediunt dubitationes. Vix enim ullum interpretem triplicem ſignificationem ferre poſſe cenſeo, quam Semlerus voci ἑὶς tribuit. In priori enim membro vertit ille ἑνος per *unius*, quoad numerum, et adjungit ei ſimul ſignificationem *conſentientis*, quod ex ejus nota adjecta patet, ita ut ſenſus ejus ſit: mediator locum habere non poteſt, ubi una eaque conſentiens eſt pars. Nonne vero ejusmodi interpretandi ratio omnibus ſanioris hermeniae praeceptis adverſatur? Accedit adhuc, quod in poſteriori membro eidem voci alia iterum eaque ſtrictior tribuatur ſignificatio; ἑὶς enim θεος ei eſt is, qui promiſſis ſuis ſtat, qui manet in fide bona, et ſemper ratam habebit felicitatem, ſine lege Moſaica, Abrahamo ejusque proli promiſſam. Sed ſupra jam monuimus, non ſatis aptum nobis videri, in utroque membro diverſam conſtituere vocis ἑὶς ſenſum. Haec interpretatio laborat tum ea quoque difficultate, quam in pluribus jam improbavimus, quod nimis multa cogitando addere cogat, quae ſponte non facile cuilibet accurrunt. Nec denique tota ſententia ex omnibus partibus probatur, quippe non omnes adverſariorum tollit objectiones. Quodſi enim adverſarius Apoſtolo, e mente Semleri, adeo concederet, Deum e gratuita promiſſione, Abrahamo primum facta, largiri felicitatem, non autem ex νομῳ ἐργους, legemque Moſis παραβασεων χαριν, ad coërcenda flagitia additam eſſe, legis obſervandae utilitatem tamen eo ipſo adhuc defendere poterat, felicitatem enim, dicens, e promiſſione per Chriſtum nobis venire, legem vero, ad coërcenda peccata (παραβασεων χαριν,) latam et adhuc huic inſervire conſilio. Cum ſcilicet adhuc multa regnent flagitia, atque peccatorum impedimentis multis indigeant, haud ſine fructu legis obſervationem cum Chriſti doctrina conjungi poſſe. Haec vero excuſatio adverſariis relicta Pauli conſilio repugnaret, qui non ſolum Chriſtianos lectores ſuos ab eo ſtudet liberare errore, legis nimirum obſervationem ad felicitatem conſequendam neceſſariam eſſe, ſed et legem in univerſum ad Chriſti aſſeclas non amplius pertinere, eos edocere enititur. Haec de Bruckeri ſententia quoque valent.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

§. 58. GABLERUS V. S. V. *h*) duas propoſuit loci noſtri interpretationes, quarum altera cum Semleriana multa habet communia. Apoſtolum voci ἑς in eodem commate duplicem ſignificationem *ſtudio* tribuiſſe cenſet acutus aliorum ſententiarum judex, cujus verborum et ingenii luſus exempla e Rom. VII. et Eph. II, 19. ſqq. profert. His praemonitis ita locum noſtrum interpretatur: „Internuntius non eſt unius partis (ὁ δ. μ. ε. ε.) „h. e. requirit internuntii cujusque ratio duas ſaltem par-„tes, quarum alterutra aliquid promiſerit, alioquin enim „non opus eſſet internuntio: atqui Deus ſemper ſibi con-„ſtat (ὁ δ. Θ. ε. ε.) h. e. nulla unquam culpa in Deo hae-„rere poteſt. Ergo — (quae quidem haud expreſſit „Apoſtolus, quod ad ſequentia properans paucis modo „verbis et quaſi in transcurſu rem omnino attingeret; „vero licet eadem ex dictis facile colligere) — „Ergo, „cum Moſes fuerit μεσιτης inter Deum et Iſraelitas (v. 19.) „in hos ſolos cadat neceſſe eſt culpa omnis. Itaque lex „data eſt παραβασεων χαριν."

§. 59. Hujus ſatis perſpicuae et multis modis probabilis loci noſtri interpretationis conſtituendae, Caſtellionis et Semleri ſententiam viam ſibi aperuiſſe, ipſe *Gablerus* gratus profitetur *i*), ita tamen, ut aeque Caſtellionis interpretationis jejunitatem ac Semleri, duas (per hypotheſin) voci ἑνος ſignificationes, *unitatis* et *conſenſus* tribuendi, ſanioris ἑρμηνειας laeſionem effugerit. Imo haud abſimile ei videtur, *k*) Semlerum verbis Paulinis eundem ſuum ſenſum ſubjeciſſe, mente modo non perſpicue ſatis declarata. Nec ſane multum inter ſe differre videntur iſtae interpretationes. Sed in Gableriana loci noſtri interpretatione rite aeſtimanda, ſummum fere pendet momentum ex eo, num Apoſtolus voci ἑς in noſtro commate duplicem ſignificationem *ſtudio* tribuiſſe vere cenſendus ſit, ut verborum et ingenii luſus aliquis exiſteret? Scriptores alios nec non Paulum nonnumquam verbis ita luſiſſe, ut unam eandemque formulam diverſo adhiberent

h) In Proluſione exegetica in locum difficilem Gal. III, 20. Altorfii. 1787. p. 12 — 14.

i) l. cit. p. 7. ſin. et p. 13. med.

k) l. cit. p. 14.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

ſenſu, ſatis conſtat, et probatur Rom. VII. et Eph. II, 19. ſq. Sed quod in priori loco dicitur γυνη ἐλευθερα ἀπο τȣ νομȣ, ἐαν ἀποθανη ὁ ἀνηρ et hinc Chriſtiani dicantur emortui τω νομω et moneantur αποθνησκειν τῃ ἁμαρτιᾳ, et quod in altero loco Chriſtiani dicantur οἰκειοι τȣ θεȣ, quod idem eſt cum antecedenti συμπολιται των ἁγιων, ita clare et perſpicue ad duplicem monent formulae ſignificationem, ut cuilibet lectori ſponte ea occurrat, et in Rom. VII. ad taedium usque fere recurrat. In hoc itaque loco de luſu quodam verborum non poteſt dubitari. Aliter vero res ſe habet in noſtro commate, ubi neque verborum vis, neque orationis ſeries ejusmodi luſum urgere videtur. Nec ad verborum luſum recurrendum eſſe, ſi verba ſine verborum et ingenii luſu interpretata commodum praebent ſenſum, in ſanioris ἑρμηνειας eſſe videtur legibus, ne interpres ob locum difficilem anxie ad verborum luſum transfugiſſe in ſuſpicionem incurrat. Noſtrum vero locum ſine verborum luſu bonum et commodum praebere ſenſum, infra videbimus. Altera deinde notio, quam Gablerus priori membro adjunxit, requirere ſcilicet cujusque internuntii rationem duas ſaltem partes, *quarum alterutra aliquid commiſerit*, non neceſſario cum re ipſa conjuncta, ſed in ſuae interpretationis favorem ex arbitrio addita videtur, atque cogitando id addit, quod Semlerus ipſi tribuit voci ἑνος. Denique et hanc Gableri ſententiam ea ipſa quoque premit difficultas, quam in Semleriana ſupra ultimo loco obſervavimus. Non ſcilicet adparet, quomodo legis vis infringatur, quia παραβασεων χαριν addita eſt, eam potius valere debere, quamdiu hominum peccata impedienda adſunt. In utraque itaque ſententia improbandum videtur, quod παραβασεων χαριν legem latam fuiſſe caput rei fecerunt, cum potius ea verba: προσετεθη ἀχρις ἑ ἐλθη το σπερμα ᾧ επηγγελται cardinem conſtituere videntur, quo res omnis vertitur.

§. 60. Similem rationem iniit quaque Beza, quamquam ad aliud tandem ſenſum deflectat rei caput, hunc loci noſtri exhibens commentarium: *l*) „Paulus arrepta „occaſione de ferendae legis modo, eam oſtendit non „modo non eſſe vinculum illud noſtrae cum Deo conjun„ctionis, ſed etiam certiſſimum eſſe ſignum noſtrae ab illo

l) cfr. Novum T. Theodori Bezae. Fol. 1589. pag. 230.

„alienationis. Dicitur ergo internuntius non esse unius, „sed minimum duorum, et quidem vere duorum, id est, „inter se dissitentium. Nam omnibus linguis usitatum „est, ut, qui inter se amant, unum esse dicantur. *Deus* „*vero unus est.* Unus Deus hic esse dicitur per αυτανα- „κλασιν, qui sit sui semper similis et semper idem. Dixe- „rat Apostolus, non opus esse internuntio iis, qui inter se „consentiunt. Itaque legem, cum per internuntium fer- „retur, non fuisse consensus sed discordiae signum. Hic „vero excipere poterunt Judaei, hunc ipsum internun- „tium, accepta lege, pacem sanxisse. Ideo ut huic ob- „jectioni occurratur, addit Apostolus, Deum sui semper „similem esse. Itaque cum ex promisso Abrahami δικαιο- „συνην promiserat, non potuit novum pactum inire, quo „prius antiquaretur."

§. 61. Male haec duo membra ex hac interpretatione se excipere, *Beza* ipse sensisse videtur addita illa Judaeorum objectione, quae sublata modo fuisset, si posteriora verba ὁ δε θεος εις εστι hunc in sensum exposuisset: Deus vero sibi constans est i. e. non mutat suum de hominibus animum, nec quo infenso ferebatur in Judaeos animo ante legem, lata lege in benevolum atque propitium eum mutare potuit, quia θεος εἰς εστι; nec itaque lege Dei favor conciliari potest. Sed nimis dure et inepte de Deo dicta haec fuissent, quae ut evitaret, alterum commatis nostri membrum ad promissionem Abrahamiticam, nulla in verbis necessitate urgente, retulit Beza. Ex arbitrio interpretis haec itaque promanasse nec probanda esse, adparet.

§. 62. Nec per totum locum Apostolus legem ex ea ratione spectat, ex qua certissimum nostrae a Deo alienationis est signum, sed tantum quatenus vim suam in retinendis Judaeorum flagitiis ad Christum usque exserrere modo debuit. Obscurissime certe locutus fuisset, si ad istam legis rationem nostro loco respexisset, quam profecto non potuisset non clarius et pluribus exponere et in suam convertere rem, si ista animo suo obversata fuisset legis Mos. notio. Denique et duplex notio, quam ista interpretatio voci ἑνος subdole tribuit, unius scilicet et consentientis, boni interpretis non esse videtur.

§. 63. Ex earum numero, *qui* locum nostrum de quocunque μεσιτη intelligunt, et *ad* ἑνος *prioris ejus partis*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

addi ſuadent λαε, nec *non* ἑνὸς in poſteriori membro explicant *per* ὁ αὐτος, immutabilis Deus, ſemper idem, unus modo mihi quaerenti obvenit, *Herzlieb*, quem ipſum locum noſtrum interpretantem audiamus.

§. 64. Herzlieb *m*) cum Leſſio, Seilero et aliis ad ἑνὸς cogitando addere ſuadet λαου, nec vero cum iisdem viris μεσιτην definitum quendam mediatorem intelligit, ſed quemcunque, ita locum illuſtrans: „*Es iſt nicht ein „Mittler nur eines Volks, ſondern es gab deren verſchie- „dene unter verſchiedenen Völkern und Zeiten, Gott aber „iſt einig, er iſt und bleibt unveränderlich, immer der- „ſelbe.*“

§. 65. Multa ſunt, quae huic loci noſtri expediendi obſtant rationi. Durum enim primum videtur, ad ενος ſupplere λαε, cum in omni orationis ſerie non occurrat, quod tale ſupplementum ne dicam poſtulet, imo modo ſuadeat. Contextus enim ratio non id praecipue, cujus quis fuerit μεσιτης, ſed potius id potiſſimum movere et urgere videtur, quod in hoc negotio μεσιτης locum habuerit, in alio vero nullus plane adfuerit. Nec Herzlieb in hanc ſine dubio incidiſſet opinionem, niſi Moſes, gentis Iſraeliticae mediator animo ejus obverſatus fuiſſet. Deinde ſi vel maxime illud additamentum ad ἑνὸς quis ferret, grammatica tamen ratio impediret, quo minus verbis: ὁ δε μεσιτης ενος λαε ουκ εστιν, ſenſum ſubjiciamus hunc: „*Es iſt „nicht ein Mittler nur eines Volks. ſondern es gab deren „verſchiedene unter verſchiedenen Völkern und Zeiten,*“ ſed vertendum foret: mediator vero non eſt unius populi i. e. plures, certe duo, ſint, neceſſe eſt populi, inter quos mediatori locus dari poteſt, unus enim populus, niſi transagat aliquid cum alio, non eget mediatore. Verba itaque: mediator non eſt unius populi, cogunt interpretem, plures intelligere populos qui uno eodemque utuntur μεσιτη, non autem plures populos, quorum quisque ſuum habeat μεσιτην. Si enim Paulus illud a Herzlieb erutum indicare voluiſſet, certe in plurali ſcribendum fuiſſet: οἱ δε μεσιται, vel μεσιται δε ἑνος λαε οὐκ εἰσιν, quod ipſum non ſatis commodum fuiſſet. Ipſe certe ſenſus hermeneuticus cuique nulla praeoccupata opinione occoecato ſuadebit, ea, quae jam noſtro in loco legimus, verba, nullo modo hanc

m) *Predigten über die Epiſtoliſchen Texte. Zülchau, 1790.*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

ſuppeditare poſſe ſenſum : *Mittler giebts nicht nur bey einem Volke, ſondern bey mehrern,* ita enim e mente Herzlieb proprie vertendum fuiſſet. Nec porro haec ſententia hiſtorice vera eſt, ut in Koppii ſententia examinanda pluribus videbimus. Herzlieb enim Apoſtoli menti non eos poteſt ſubjicere μεσιτας qui inter populos negotia v. c. belli et pacis, pacta mercatoria et alia transagere ſolent, ſed ad eos potius reſpexerit neceſſe eſt μεσιτας, qui inter populum quendam et Deum mediatores erant. Ex horum vero genere unum habemus Moſen, Chriſtus enim non unius populi, ſed omnium populorum et Dei eſt μεσιτης, et alium Moſi ſimilem μεσιτην ignorat hiſtoria.

§. 66. Denique nec adparet, quam vim haec loci noſtri interpretatio omni addat argumento, eſt quomodo contextui ea faveat. Facile enim ab Apoſtoli adverſariis poterat concedi: plures populos ſuos cum Deo habuiſſe μεσιτας, Deum vero ipſum ſemper eundem, immutabilem eſſe, et tamen tantum abeſſe, qui inde ad legem Moſ. abolendam ducantur, ut potius novum inde ejus tuendae trahere poterant argumentum. Quodſi enim, hinc argumentari poterant, plures plurium populorum ſunt μεσιται, quibus Deus uſus eſt, non poteſt pacta illa variorum populorum, novis addiis irrita reddere, quia Deus ἐς ἐστι, non mutat ſententiam ſuam, nec revocare poteſt quod antea ſtatuerat. Nec itaque Deus noſtrum, (Judaeorum) cum ipſo pactum, legem ſcilicet, Chriſti inſtituto ſolvere et tollere poteſt, eſt enim Deus immutabilis, utrumque potius pactum, Moſis et Chriſti, conjungendum erit, quod nos facimus. Hae ſunt praecipuae difficultates, quae huic obſtant interpretationi, ut alias taceam, v. c. duplicem ſenſum verbo ἐς in uno eodemque loco tributum, et alias, quas praeterire licet, cum neminem interpretem vidi, cujus plauſum iſta tulerit interpretatio.

§. 67. Ad eam jam ingenioſam loci noſtri expediendi pergimus rationem, quae aeque cum caeteris notionem univerſe propoſitam, ad Moſen poſtea applicandam, ineſſe ſuadet, ita vero, ut ἑνος *in genere neutro, idque pro nomine ſubſtantivo accipiatur*, ἐς *vero id valeat quod* ὁ ἀνὴρ. S. V. *Gablerum* ſolum hujus interpretationis auctorem vidi.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

§. 68. GABLERUS *n*) enim ſententiam v. 19. leges fuiſſe latas παραβασεων χαριν „ad coërcendam vitae Iſraelitarum improbitatem, indololatriam inprimis, morumque ferociam," probatione aliqua indigere primis lectoribus Apoſtolo viſum fuiſſe cenſet, cujus enunciati probationem ille repetat e notione μεσιτȣ, qualis Moſes fuerit, in hunc modum: ὁ δε μεσιτης ἑνος ȣ̓κ εστιν, ὁ δε θεος εἱς ἐστι. Quae quidem verba, poſito illo ſententiarum nexu, circumſcripta ſic reddit et explicat vir doctiſſimus: „ubi „recta ſtudia ab utraque parte ſibi conſtant, nulla fit ſen„ſuum bonorum mutatio, ibi non opus eſt internuncio „aliquo: at Deus ſemper ſibi conſtat. Ergo (has vero „rationes Apoſtolus lectoribus ipſis relinquit ex verbis „colligendas) neceſſitas μεσιτȣ Moſis non erat in Deo, ſed „in Iſraelitis, quibus propter peccata commiſſa internuntio „opus eſſet. Itaque intelligimus, τον νομον fuiſſe datum „παραβασεων χαριν."

§. 69. Hanc interpretationem orationis ſeriei eſſe accomodatam, et ipſe profitetur ejus auctor doctiſſimus, nec ſane ego inficias eam, qui illam duplici adhuc ratione valde commendabilem cenſeo, partim quia non cum multis aliis diverſam voci ἑνος in utroque membro tribuit ſignificationem, nec deinde nimis multa, cogitanda addenda poſtulat, pauca potius eaque, illa verborum interpretatione et connectendi ratione ſemel conceſſa, ſponte alveo quaſi fluentia. Quamquam itaque tam multa haec interpretandi ratio habeat, quibus ſe commendet, ipſe tamen Gablerus *o*) „nunnullos judicaturos animo praevidit, eam „ob nimiam in dicendi et argumentandi, inprimis in „voce ἑνος, ſubtilitatem ingenio Paulino non ſatis eſſe „aptam, noſtrique potius aevi redolere in ratiocinando „et eloquendo ſubtilitatem, quam accurate referre men„tem Apoſtoli et Judaei et a ſcholae diſciplina alieni." Etſi vero ego eam in rationando ſubtilitatem, quam iſta loci interpretatio Pauli ingenio tribuit, aliis ſubtilitatis ejus exemplis *p*) monitus, non eam habeam, quae Apo-

n) Proſſ. exeget. in locum difficilem Gal. III, 20. Altorf. 1787. p. 10—12.

o) p. 12.

p) a Bauero in logica Paulina et a Fuhrmanno in libro ſupra laudato allatis.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

ſtoli ingenium excedere videatur; libere tamen profiteor, de probitate illius interpretationis dubitationes quasdam veniſſe, quae meum ejus plauſum retinent, quasque juſta cum humanitate proferre liceat.

§. 70. Primum quidem verum et multis probatum exemplis eſt ex profanis et ſacris ipſis ſcriptoribus, *q*) neutra adjectivorum nominum ſaepius poni pro eorum ſubſtantivis nominibus. Sed in omnibus illis locis, quae hunc in uſum contuli, eam ſermonis vidi ſeriem, quae quemlibet legentem ſponte monere et cogere quaſi mihi videbatur, ut neutra illa adjectivorum nominum ſubſtantive intelligat. Noſtri vero loci longe alia eſt ratio, ita ut neminem, qui locum noſtrum inſpicit, ad eam facile declinaturum opinionem cenſeam, quae ἑνος ſubſtantive, pro ἑνοτητος poſitum eſſe ſuadet. Nam in omnibus illis locis, ubi apud Graecos neutrum nominis adjectivi ſubſtantive intelligendum eſt, non ſolum orationis ſeries et verborum ratio per ſe talem ſuppeditat interpretationem, ſed nunquam quoque, quantum ego ſaltem ſcio, neutrum adjectivi nude legitur, ſed ſemper articulus neutrius generis, το, adjunctus eſt, ſed et plerumque ſubſtantivum nomen, in caſu genetivo, illud neutrum adjectivi ſequitur. Hoc probant non ſolum exempla a Vigero *r*) aliisque allata e profanis ſcriptoribus, ſed et ea, quae Gablerus e. N. T. allegavit, χρηϛον ſcilicet pro χρηϛοτης, et δυνατον pro δυναμις, tertium enim, quod affert, σοφον ſcilicet pro σοφια, ego certe in N. T. nullum inveni veſtigium, et e. LXX petitum videtur. Ubi vero χρηϛον et δυνατον ſubſtantive poſitum occurrit, ſemper junctum eſt cum articulo το et alio nomine ſubſtantivo, quod clarius docet neutrum illud adjectivi, ſubſtantivi nominis locum et rationem obtinere. v. c. Rom. II, 4. ἀγνοων, ὁτι χρηϛον τϛ θεϛ εἰς μετανοιαν σε ἀγει, ubi quoque eodem verſu praeceſſit πλϛτος της χρηϛοτητος τϛ θεϛ· et Rom. IX, 22. και γνωρισαι το δυνατον αὐτϛ ſcilicet θεϛ, ubi loci intelligentia et praecedente οργη τϛ θεϛ, et contexto ſermone adjuvatur. Quae cum ita ſint, adparet, Apoſtolum, ſi ἑνος ſubſtantive ſumi

q) cfr. Glaſſius in philologia ſacra. Vigerus de idio tiſm. graec. linguae et Bauerus in philolog. Thucid. Paulina. ad quos et Gablerus provocavit.

r) l. cit. pag. m, 35. 38. et 39.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

voluerit, ſcribere certe debuiſſe: ὁ δε μεσιτης τȣ ἑνος ȣκ ἐστιν. Sed ſi vel maxime ita legeretur, facilius tamen elliptice eum ſcripſiſſe cenſerem, quam ad Gableri, ἑνος per τȣ ἑνοτητος interpretantis, accederem partes. Hujus enim numeralis nominis ἑν pro ἡ ἑνοτης nullus uſus, nullumque exemplum mihi certe occurrit, quod, ſi obveniſſet, durum, ex meo quidem ſenſu, haberem. Facilius tamen adhuc ferrem hunc ejus uſum, ſi propria ejus vi et ſignificatione eſſet intelligendum. Difficilior vero mihi videretur, ubi tropice, de mentis conſenſu eſſet interpretandum, quae eſt *Gableri* ratio, qui ἑνοτητα hanc non, ut Grotius, de conſenſu utriusque partis, ſed de firmitate judiciorum, et de conſtantia cujusque partis per ſe ſpectatae intelligendam ſtatuit, ratus hanc ſenſus notationem graecae linguae rationem facilius ferre illa Grotiana, quanquam denique ad idem cum illa redeat. Quodſi vero ex meo ſenſu res dijudicanda ſit, Gableri ratione ἑνος pro της ἑνοτητος primum probata, Grotii interpretatio praeplacet, cum ob uſum vocis ἑνοτητος, tum ob orationis ſeriem. Ενοτης enim conſtanter eo ſenſu adhibetur, ut plures eosque diverſos ex adverſo cogitantes innuat, atque eam ſignificet rationem, ubi plures in unum conveniant, conſentiant, non vero eam rationem, ubi quis ſibi ipſi conſtat, ſecum conſentit, nec id jam probat, quod paulo ante rejecerat, quae ſignificatio Gablero ſubdole fortaſſe ſubrepſit, quod ſignificatio τȣ ἑνος ex altero membro pro τȣ ἀυτȣ animo adhuc recens fuit. Deinde et contextus Grotii interpretationi, conſenſus ſcilicet utriusque partis, magis arridet, qui enim μεσιτην audit, duas ſaltem partes; easdem diverſas ulla in re cogitando adjungit. Quodſi itaque dicitur μεσιτης non eſſe ενος i. e. τȣ ἑνοτητος, quisque de conſenſu diverſarum partium cogitare monetur. Ex meo ſaltem ſenſu Apoſtolus aliquid addere debuiſſet, ſi Gableri ſententiam exprimere voluiſſet, v. c. ὁ δε μεσιτης τȣ ἑνος τȣ νοος ȣκ ἐστι, aut ὁ δε μεσιτης τȣ ἑνοτητος τȣ νοος ȣκ ἐστιν. s)

s) His diu a me obſervatis ipſe *Gablerus*, vir candidus, atque veritatis magis, quam dictorum ſuorum defendendorum ſtudioſus, novum contra hanc interpretationem ſuppeditavit argumentum. Monet enim 1) quod omnis alii neglexerant, verbo

1) *Neueſtes theol. Journal*, Tom. III. Part. IV. 1799. pag. 352. ſq.

§. 71. Deinde *Gableri* interpretatio et propterea improbanda videtur, quod legem παραβασεων χαριν additam esse, caput rei sistit, quod aliter nobis videri supra jam saepius probare studuimus. Nec ea ratio, quam Gablerus tuendae suae sententiae addit, probatione scilicet aliqua indigere primis lectoribus videri potuisse hanc Apostoli responsionem, legem παραβασεων χαριν additam fuisse; in aliam me duxit sententiam. E V. T. enim libris Apostoli lectoribus satis superque constetisse arbitror, legem latam esse ad flagitia coërcenda, cum ipsi Israelitae flagitiorum conscii cum Deo agere nollent, sed Mosen potius propterea μεσιτην sibi eligerent. Hujus itaque sententiae probatio nec lectoribus necessaria fuit, nec Apostolus necessariam illis haud dubie habere potuit.

§. 72. Denique haec loci interpretatio nec omnem adversariis praecludit repugnandi campum, poterant imo hasce adhuc petere latebras: concedimus, legem promissioni additam esse ad coërcenda peccata, quare et retinendam eam defendimus. Nam peccata coërcenda adhuc inveniuntur, et quamquam religio christiana peccatorum remissionem annunciat, optime tamen cum illa lex potest conjungi, cujus consilium est, peccata retinere. Cum itaque lex Mosis suo primario fini adhuc inserviat, omni jure usum ejus defendimus et cum religione christiana

ἑἷς ubi pro in αὐτος in V. et N. T. occurrit, notionem *constantiae* non proximam et regnantem adhaerere, sed eum potius semper significare, qui est unus idemque. Quamquam enim ὁ αὐτος significet sibi constantem, immutabilem, et ἑἷς saepius pro ὁ αὐτος ponatur, inde tamen non sequi, ἑἷς pro ὁ αυτος positum omnes eas quoque habere significationes, quas obtinet ὁ αυτος, sed ἑἷς potius, ubi pro ὁ αυτος legitur, eum solum indicare, qui est unus idemque. Quare nec Ephs. IV, 3. 13., ut olim putaverat [2]) ενοτητα constantiam, perennitatem, quam potius consensum indicare. Non sine magna animi laetitia haec Gableri observata addidi, cum ea confirmare videantur, quae ipse antea de notione vocabuli ἑνοτης constituera m. Quae S. V. Gablerus ad mitigandam hanc observationem postea addidit, non ita comparata mihi videntur, quae prius observata tollant.

2) Prolus. exeget. pag. 11.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

conjungimus. Haec Gableri ſententiae obſtare mihi videntur, quae quam vera ſint dicta, alii decernant.

§. 73. Denique ad ultimam eorum claſſem pergit examen, qui loco noſtro notionem univerſe propoſitam ineſſe volunt, atque ab reliquis in eo recedunt, quod *numerali* ας *in utroque loco unam eandemque ſtruant ſignificationem, conſtantiae ſcilicet et conſenſus.* Horum interpretum duo potiſſimum laudandi ſunt Grotius et Schoettgenius, quibus accedit Carpzovius.

§. 74. Grotius *t*) haec de loco noſtro habet: „*Mediator autem unius non eſt.* Ενος (unius) hic ſumo „a neutro ἑν (unum). Non ſolet ſequeſterſe interponere „inter eos, qui unum ſunt, id eſt, bene conveniunt. Sic „εναι ἑν (unum eſſe) ſumitur Joh. 10, 30. 17, 11. 21. 22. 1. Cor. 3, 8. *Deus autem unus eſt,* Id eſt, Deus ſibi „conſtat, ſibi eſt ſimilis. Par ſenſus Ephſ. 4, 6. non mu„tatur Deus, Malach. 3, 6. nempe niſi homine mutato. „Quare niſi multa ac gravia interveniſſent delicta, Deus „tam placidum ſe atque amicum exhibiturus fuerat Iſrae„litis, quam ſe exhibuerat olim eorum Majoribus, neque „nunc magis quam tunc opus fuiſſet medio aliquo, qui ſe „interponeret.“

§. 75. Hanc *Grotii* interpretationem, et ob auctoris famam et ob facilem, quem praebet ſenſum, multis probatam, non melius quam Koppii verbis dijudicare poſſum, quae eo libentius repeto, quo tutius in Grotio, tanto interprete dijudicando, alium magnum interpretem, Koppium ſequi, arrogantiae notam auferre mihi videtur. Koppius vero *u*) haec habet: „Obſtant huic rationi dif„ficultates hae: primum, quod ſententia praecipua, in „qua caput rei verſatur: *quare niſi homines ſe mutaſſet,* „*nunquam opus fuiſſet mediatore,* Apoſtoli verbis non ex„preſſa legitur, ſed ſubintelligendo addi debet; deinde, „quod μεσιτης ἑνος ſecundum omnem linguan rationem „non verti poſſe videtur: ſequeſter eorum, qui invicem „conſentiunt. Neque enim ἑν εἶναι in locis a Grotio alla-

t) Criticorum Sacr. Tom. VII. ad l. n. pag. 48.

u) in Excurſ. VII. ad Epſt. ad Gal. p. m. 134 et 135.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

„tis eſt: ſtudio ac voluntate cum altero conſentire, ſed „potius in nonnullis: ejusdem dignitatis eſſe, in aliis: „pari ad eandem felicitatem jure frui; quodſi vero etiam „ipſi formulae ἐν ἑνὶ certo quodam contextu ea vis ineſſe „poſſet, ſaltem loco noſtro ſcribi debuiſſet μεσιτης των ἑν „οντων, nulla vero ratione μεσιτης ἑνος.“

Facilius grammatica tuliſſet ratio aliam interpretationem ad eundem recurrentem ſenſum. Ενος ſcil pro τε αυτε, conſtantis, ſumto, ita ſuppleri potuiſſet: ὁ δε μεσιτης ουκ εστι μεσιτης ἑνος, quae eſt Noeſſelti ratio. Nec denique tota illa ſententia Grotiana multum facit ad praecipuum Pauli in loco noſtro conſilium, Chriſtianos a legis Moſ. obſervatione revocandi. Exinde enim, quod quis contendat, legem latam eſſe, quia homines in pejus ſe mutaverant, nec, niſi ſe mutaſſent, latam eam a Deo fuiſſe, ipſa legis vis, utpote legis divinae non infringitur.

§. 76. Quoad caput rei in interpretando loco noſtro cum Grotio conſentire videtur Carpzovius, ita eum vertens: x) „*Ein Mittler ward dazu gezogen, weil mit „veränderlichen Menſchen gehandelt wurde. Gott aber „iſt unveränderlich.*“ At haec verſio ambigua adhuc videri atque hunc in modum intelligi poteſt, ut quis putet, internuntium adjectum eſſe, ut futurae hominum in ſtudiis ſuis mutandis proclivitati proſpiciatur, quae a Grotio longe diverſa foret ſententia. Hanc vero Carpzovii mentem non fuiſſe, probat ejus, in notis adjecta obſervatio: „*Ein Mittler iſt nicht nöthig, wenn Leute unter einander „einig ſind: oder ſich nicht ſtets umändern,*“ quae cum Grotio conſentientem ipſum facit. Quare de Grotiana obſervata interpretatione, de hac quoque valent, adjecto vituperio ambiguitatis, quae in verſione eſt.

§. 77. Schoettgenii y) loci noſtri interpretatio prorſus quoque conſentit cum Grotiana, eo modo in pejus flexa, quod omnem riſin multis turbet interrogationibus. Non enim ſolum verba v. 19. τι ουν ὁ νομος; interrogative accipit, ſed et ea διαταγεις δι' ἀγγελων; nec non

x) *Neue Ueberſetzung des Briefes Pauli an die Galater, von Joh. Ben. Carpzov, Abt des Stifts Königslutter, der h. Schrift Doct. und erſter Prof. zu Helmſtädt.* Helmſt. 1794. pag. 17.

y) Chriſtiani Schoettgenii horae hebraeicae et talmudicae in univerſum N. T. Dresd. et Lipſ. 1733. 4. ad I. n. pag. 740.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

priorem verſus 20. partem ὁ δε μεσιτης ἑνος οὐκ ἐστι; quam tertiam Judaeorum objectionem habet, atque ita exponit:„ At-„qui vero non ſolet mediator conſtitui in ejusmodi rebus, „quae ſecum invicem conſentiunt, minimeque repugnant. „Si ergo populus per fidem ad Deum accedere potuit, „cur mediatore legali opus habuit? Ἑνος h. l. eſt neutrum. „Ἐν ἀνᾳ vero pro conſentire occurrit Joan. XVII, 11. „1. Corr. III, 8. ὁ δε θεος εἰς ἐστιν. Reſponſio: Deus ſem-„per ſibi conſtat, et nunquam a ſemetipſo diverſus eſt. „Ideoque nihil unquam ſuſcepit, quod ſapientiae ipſius „non eſſet conſentaneum, et lex promiſſioni evangeli-„cae non eſt contraria, multo minus eam irritam facere „poteſt.“

§. 78. Ex his ſatis clare adparet, hanc *Schoettgenii* interpretationem ad unum idemque redire cum Grotiana, nec eſſe, quod repetamus ea ipſa, quae ſupra de Grotiana obſervata ſunt. Ea vero, quam Schoettgenius loci noſtri interpretandi ſtatuit rationem, minime probatur, cum durities, quam loco noſtro ea infert, nemini non ſponte occurrat. Nullo enim adparet modo, qua ratione quove conſilio adverſarii Apoſtolo objicere potuiſſent: nullum conſtitui mediatorem in ejusmodi rebus, quae ſecum invicem conſentiunt; cum v. 19. jam dixerat, legem latam eſſe ob Iſraelitarum flagitia, nec adverſarios Apoſtoli, Judaeos, hoc legis conſilium e Moſis ſcriptis fugere poterat. Frigida et languens loco noſtro haec videtur objectio, nec ulli interpretum probatam eam vidi.

Sectio II.

Eorum examinantur interpretationes, qui μεσιτην de definito quodam mediatore intelligunt.

§. 79. Eorum jam loci noſtri interpretationibus expoſitis et examinatis, qui ſententiam univerſe propoſitam ei ineſſe contenderent, inſtituti noſtri ratio ad eorum nos provocat interpretationes examinandas, qui ſpecialem inde hauriunt ſententiam, nec de quolibet, *ſed definite de certo quodam mediatore hic agi ſuadent*, quorum larga nos manet meſſis. Qui vero de certo quodam mediatore locum interpretantur, in duas, et numero et vi

impares prorſus, abeunt partes, quarum *altera de Moſe mediatore*, *altera de Chriſto* μεσιτη ſermonem eſſe dicit.

Pars I.

Eorum examinantur interpretationes, qui μεσιτην *Moſen intelligunt.*

§. 80. Prima in examen prodeat eorum claſſis interpretum, qui μεσιτην *loci noſtri Moſen intelligunt*, atque de hoc ſolo omnia exponunt. In univerſum non eſſe, quod huic obſtet interpretationi, e contexto potius ſermone egregie eam commendari, nemo non videt. Cum enim dubitari non poſſit, μεσιτην, cujus mentio in calce v. 19. injicitur, neminem niſi Moſen eſſe, et ſtatim oratio pergat: ὁ δε μεσιτης etc. haec de eodem Moſe μεσιτη dicta eſſe, tam facilis videtur ratio, ut quemlibet nulla praeconcepta opinione prima vice locum hunc legentem, urgente ſermonis ſerie ſponte in eam inciſurum cenſeam. Multum ſaltem haec interprètatio praeſtat ei, ex qua ὁ μεσιτης infinite dictus judicatur. „Hi enim, vereor, ut recte „videant. Quodſi enim infinite loqui voluiſſet Paulus, „neſcio, an articulum ὁ μεσιτης adhibere potuiſſet. At ſi de„mus hoc quoque, magis tamen conſentaneum eſt, ubi „ſubjectum, idque definitum praeceſſerit, idem cum arti„culo repetitum, ad illud, quod praeceſſerat, referri: ex „quo conſequitur, quoniam μεσιτης v. 19. non erat uni„verſe omnis is, qui paraſſet aliquid, ſed Moſes, quo uſus „eſſet Deus in lege Iſraelitis ferenda, του μεσιτην hic quo„que de eodem intelligere debere“ z) At vero genuina ac probanda loci noſtri interpretatio non ex eo ſolo pendet, qui ſub μεσιτη illo intelligatur, ſed et ex reliquorum loci noſtri verborum expoſitione. Quare cujusque ex hac claſſe interpretatio ſingulatim exponenda et excutienda erit. Ut vero et hac in parte laboris ordo juſtus ſervetur, qui rei claritati inſerviat, inducamus eas, quatenus quoad variam verbi εἷς interpretationem ejusque ſupplendi rationem inter ſe differunt.

§. 81. Primum itaque eam accuratius cognoſcamus interpretationem, *quae ad* ἑνος *prioris membri* μεσης *ad-*

z) Sunt verba S. V. Noeſſelti in ejus diſputat. ad locum noſtrum, pag. X.

dit,, et εἷς in posteriori parte pro ἓν μερος sumit. Cujus interpretandi rationis *Michaelis* autor est.

§. 82. Michaelis *a*) ipse profitetur, se Lockium (vid. §. 23.) maxime secutum fuisse, quamquam ejus explicationem in nonnullis quoque mutaverit, et ita locum nostrum περιφραζει: „*allein dieses Gesetz kann in Absicht „auf die Heyden nichts von dem ehemaligen Bunde Gottes „ändern. Denn der eine Theil, der zu diesem Bunde ge„hörte, nehmlich die Heyden, hatten Mosen nicht zum „Mittler bevollmächtiget und wusten nicht einmal von „ihm: Gott aber selbst ist nur Ein Theil, und kann seinen „Bund nicht durch einen einseitig bestimmten Mittler än„dern.*" Haec itaque antiquior ejus loci nostri interpretatio multum differt ab ea, quam supra jam a nobis examinatam, serius in suis Annotationibus exposuit. Ibi enim de quovis mediatore Apostolum dixisse putabat, hic vero μεσιτην de Mose in specie tantum intelligit, quod in nota adjecta expresse confirmat: „*in der ersten Hälfte des Ver„ses wird nicht von einem jeden Mittler geredet, sondern „von dem Mittler, dessen am Ende des Verses gedacht wird. „Denn es heisst mit dem Arttkel, ὁ μεσιτης, der oder die„ser Mittler.*"

§. 83. Haec *Michaelis* interpretatio quamquam inde probetur, quod μεσιτην de Mose, contextu monente, intelligit, multa tamen continet, quae sanioris ἑρμηνειας offendunt praecepta, ita ut ejus durities a nemine interpretum facile poterit negari. Primum enim non adparet, qua ratione et arte gentiles in hancce irrepserint interpretationem, atque summas in ea occupaverint partes. Si vel maxime grammatica ratio facile ferret, ad formulam ὁ δε μεσιτης ουκ εστι ἑνος, addere μερους, i. e Moses non est mediator unius partis, nulla tamen adest causa in sermonis serie, quae partem hanc de gentilibus intelligendam suadeat. Paulus enim non solum vituperat, quod Judaeo-christiani iis e gentibus legis jugum imponere studerent, sed et, idque potissimum, quod ipsi Judaeo christiani hac lege adhuc obstrictos sese haberent (v. 2.), atque legis observationem ad felicitatem obtinendam necessariam censerent. Quodsi vero adeo de Judaeo-christia-

a) *Joh. David Michaelis Paraphrasis und Anmerkungen über die Briefe Pauli an die Galater etc.* Götting. 1750. ad l. n. p. 27.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

norum ſtudio caeteris e gentibus legis injungendae unice ſermo eſſet, vix tamen in formula iſta: ὁ δὲ μεσίτης ἑνὸς οὐκ ἔστι, ἑνὸς de chriſtianis e gentibus poſſit explicari, niſi in antecedentibus jam tali compellati fuiſſent nomine, ad quod illud ἑνὸς et ex numeri et generis ratione poſſit referri. Quod vero tantum abeſt, ut in ipſa riſi nihil occurrat de gentibus, niſi recurras ad verſum usque 14. In proxime antecedentibus enim continua modo promiſſionis Abrahamiticae vis et auctoritas adſtruitur, et legem παραβάσεων χάριν additam eſſe docetur. Quae cum ita ſint, nemo facile in iſtam incurret duritiem, ut cum Michaeli ἑνὸς ſcil. μέρους ſumat de gentilibus chriſtianis factis, ad quos Moſis mediatoris negotium non pertinuerit.

§. 84. Deinde eandem ſapit duritiem, interpretatio poſterioris membri: ὁ δὲ θεὸς εἷς ἐστιν per: Deus autem modo una pars eſt, ſcil. eorum, qui in promiſſione Abrahamitica concurrerent, cum in tanta membrorum concinnitate nemo facile ſaltum illum a lege ad promiſſionem laturus ſit. Nemo certe id concedere poterit, quod Michaelis inde concludit, niſi omnem ſententiarum Paulinarum ſeriem ſpernat. Cum enim Michaelis ex eo, quod in promiſſionis negotio Deus ipſe unam modo conſtitueret partem, concludat: ergo nec foedus illud (promiſſione ſancitum ſcil.) mediatore, uni earum parti modo deſtinato, mutari poteſt; hanc notionum conjunctionem ante oculos habuiſſe eum neceſſe eſt: Deus cum Abrahamo pactum pegit, cujus duae erant partes, Deus altera, altera Abrahamus, vel potius totum genus humanum in Abrahamo, Judaei aeque ac gentes. Poſtea vero Deus novum cum ſolis Iſraelitis iniit pactum, Moſe mediatore uſus. Cum vero novum hoc pactum ad gentiles non pertineret, nec irritam reddere poteſt promiſſionem per Abrahamum illis datam. Cum enim in illo foedere Abrahamitico duae eſſent partes, Deus et in Abrahamo totum genus humanum, Deus ſolus tollere illud non poterat, quia unam modo conſtituebat ejus partem, ac in foedere deſtruendo utraque pars antea conſentiat neceſſe eſt. Ergo gentiles novum Moſis pactum non ligat, ſed firmum illis ſtat foedus Abrahamiticum. Omnis vero haec argumentandi ratio, qua locum difficilem expedire ſtuduit Michaelis, et a re ipſa ac Apoſtoli mente et loci noſtri conſilio quam alieniſſima eſt. Quamquam enim promiſſio Abrahamo exhibita

foedus interdum dicitur, minime tamen ea ei subiungenda est notio, quam plerumque in foedere tenere solemus, quod nimirum utraque ejus pars aliquid spoponderit; sed in illo foedere, historia testante, Deus solus promisit, et Abrahamus promissionem accepit nulla addita conditione. Et ex hac parte spectat et tractat Apostolus quoque nostro in loco omnem rem. Nam ex eo ipso, quod in legis negotio conditio addita sit, quam nemo Judaeorum plane explere poterat, a foedere Abrahamitico vero omnis talis conditio absit, probat, δικαιοσυνην et felicitatem non e lege sed e promissione venire. Quodsi vero in foedere Abrahamitico solus Deus egit et promisit, poterat quoque promissionis illius vim ipse solus iterum tollere, saltem non eo impediebatur, quod altera pars non consenserat, cum haec partium ratio, in communi pacto consueta, in illo promissionis foedere prorsus cessaret. Ex his itaque satis clare adparere spero, probata adeo versione illa: „Deus autem una modo pars est," minime tamen illud, quod inde prodire jubet Michaelis, argumentum probandum esse, quippe Apostoli menti prorsus contrarium, si vel maxime per se optimum praeberet sensum. Est vero in loco difficili expediendo non ea solum amplectenda interpretatio, quae per se commodum quidem sensum praebet, sed quae et cum omni loci argumentatione congruit.

§. 85. Denique nec haec interpretatio Apostoli consilio prorsus satisfacit. Haec enim Michaelis interpretatio christianos quidem e gentibus a legis observatione liberat, non autem probat, Christianos e Judaeis aeque legibus illis esse exemtos, quorum causam tantum abest ut tangat, ut facile potius ad contrariam ducat opinionem. Quare et ob hanc ejus ambiguitatem, consilio Pauli aeque contrariam ac ejus adversariis exoptatam, probandam eam minime duxi.

§. 86. Alia deinde est interpretandi ratio, quae cum Michaeli μεσιτην Mosen intelligit, et *ad ἑνος prioris membri μεσιτης quoque addi suadet*, in eo vero ab illo recedit, quod ἑις in posteriori membro *pro* ὁ ἀυτος *sumat*. Cujus interpretandi rationis autorem *Theodoretum* inveni et *Mayerum*.

§. 87. THEODORETUS *b*) ita totum locum exponit: „ὁ δε μεσιτης ουκ ἑνος ἐστιν. ἐμεσιτευσε γαρ τῳ λαῳ και τῳ „θεῳ. ὁ δε θεος εἰς ἐστιν· ὁ και την ἐπαγγελιαν τῳ Αβρααμ δεδωκως „και τον νομον τεθεικως, και νυν της ἐπαγγελιας ἡμιν ἐπιδειξας το „περας. Ου γαρ ἀλλος μεν ἐκεινα θεος ᾠκονομησεν, αλλος δε „ταυτα.“

§. 88. Hujus interpretationis ſingulae ſi ſpectantur ſententiae, veriſſimas eas per ſe, et verbis nude ſpectatis congruas, nemo facile non cognoſcet. Moſen enim inter populum et Deum interceſſiſſe, et unum eundemque eſſe Deum, qui et promiſſionem Abrahae dedit, et legem ſtatuit, et nobis promiſſi nunc finem oſtendit, nemo unquam dubitavit. Non enim alius illa Deus diſpenſavit, haec vero alius. Quid vero omnis haec interpretatio ad locum exponendum faciat, non aeque facile adparet. Poſteriora quidem ad loci contextum apte dicta haberi poſſunt, quomodo vero priora, ſcil. inter populum et Deum interceſſiſſe, loco noſtro venerint, quid ad totum ejus conſilium valeant, aut quam ſingularem illuſtrent rationem, nullo modo adparet, frigide potius ea, ac prorſus otiantia nec vel cum praecedentibus vel ſequentibus cohaerentia quisque facile dicet. Quod in cauſis quoque fuiſſe cenſeo, quare caeterorum interpretum nullus fere, hanc loci expediendi rationem amplexus fuerit, niſi excipias

§. 89. MAYERUM, cui inſcio adhuc Theodoreti eam jam fuiſſe, ſponte ut facillima, de ſenſu loci noſtri cogitanti, obvenit interpretatio. Quae cum illuſtret quaedam, quae in Theodoreti obſcura adhuc erant, digna ſane eſt, quae addatur. Habet vero haec de commate noſtro: *c*) „*Bei Mittler im vorhergehenden „Verſe fällt Paulus bei, was er 1 Tim. II, 5. ausdrück-„lich ſaget, Mittler zwiſchen Gott und Menſchen; dar-„in findet er einen neuen Grund für ſeine Behauptung: „Ich ſagte eben, das Geſetz ſey durch den*

b) Beati Theodoreti Epiſcopi Cyri Operum. Tom. III. Lutetiae Pariſ. 1642. fol. p. 276.

c) *Der Brief Pauli an die Galater und die zween Briefe an die Theſſ. Ueberſetzt mit Anmerkungen von Georg Mayer. Ans dem Stifte Melk. Ordentlicher Lehrer der gr. Sprache und der Hermeneutik des N. T. in Wien.* Vien. 1788. pag. 89.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

„*Mittler bekannt gemacht; und das heiſst*
„*mit andern Worten, es kommt von Gott; denn*
„*Mittler wird Moſes in Bezug auf Gott und*
„*Iſraeliten genennet. Es iſt denn der näm-*
„*liche Gott, von dem das Geſetz und Ver-*
„*heiſſung kommt: nun aber iſt ja Gott un-*
„*wandelbar; er kann durch das Geſetz nicht*
„*aufheben wollen, was er durch die Verheiſ-*
„*ſung zugeſagt hat; kann denn ſo zwiſchen*
„*Geſetz und Verheiſſung ein Streit ſeyn?*
„*das iſt unmöglich.*“

§. 90. Haec quidem *Mayeri* expoſitio rationem, qua cum praecedentibus et ſequentibus cohaeret iſta interpretatio, quod apud Theodoretum obſcurum erat, bene docet, nec tamen ita facilem eam habeo, ut caeteris praeferam. Apoſtolum ſcilicet verbis illis: legem poſitam eſſe εν χειρι μεσιτε, indicare voluiſſe, a Deo legem veniſſe, non in verbis et Apoſtoli mente, ſed in interpretis eſſe videtur arbitrio. Clarius certe, ſi haec indicare animus ipſi fuiſſet, expoſuerit. Deinde durum quoque eſt, verbo εἷς in altero membro notionem conſtantiae et immutabilitatis tribuere, cum in priori propriam habuerit vim. Nec denique pauca ſunt, quae cogitando addi debent, eaque non loci et verborum ratione, ſed ipſo illo interpretandi modo ſuppeditata.

§. 91. Tum excipiant hos illi interpretes, *qui ad* ἑνος *prioris membri* σπερματος *addendum cenſent; et* εἷς θεος *vertunt: Deus unus idemque, qui ſemper ſibi conſtat nec* propoſitum mutat. Ex quorum numero ſunt S. V. *Noeſſeltus*, *Withby*, *Roſenmuellerus*, *Doederlinius*, *Weberus* et *Schlegelius*.

§. 92. Noesseltus V. S. V. *d*) in egregio de noſtro loco libello, tanta eruditione et ingenii acumine ejus difficultates depellere ſtuduit, ut eas, primo intuitu prorſus fere ſuſtuliſſe videatur. Cum vero a prioribus, maxime e commate 16. interpretationis ſuae argumenta petierit, et haec praemonentem eum audiamus, ut plenum ejus interpretationis poſſit ferri judicium. Primum

d) Jo. Aug. Noeſſelti ad locum Pauli Gal. III, 20. diſputatio Academiae Halenſis auctoritate ſcripta. Halae. 1791.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

hanc adverſariorum objectionem commatibus 19 et 20. ineſſe ſiſtit: *e)* „*niſi antiquandae fidei vim haberet Mo-*
„*ſaica lex, cui bono data ſit, nequaquam intelligi poſſe.*“ Cum vero ad ἑνος e commate 19. σπερματος ſuppleri cenſeat; quod lucem petit e comt. 16., multis ad illud ἐν σπερμα conſtituendam ſe cingit. „Sunt vero, qui *ſeminis*
„nomine commate 16. comprehenduntur, aut quibus ea-
„dem, quae Abrahamo felicitas *tribuitur*, liberi ejus,
„non, ut opinantur, *unus* ex illis, cujus beneficio his
„contigerit.“ Hoc patere dicit e toto Paulinae diſputationis conſilio, et e commat. 7. 8. 13. 14. 18. et 29 *f)* Cum vero Apoſtolus commat. 16. diſerte dicat, ſermonem eſſe de uno ſemine, Chriſto, non autem pluribus ſeminibus, unum hoc ſemen, Chriſtum, ita ad rem ſuam convertit, ut primo contendat: *g)* illud non pro-
„prie ſed tropice eſſe intelligendum, non de Chriſti per-
„ſona, ſed de ejus diſcipulis ſ. de eccleſia chriſtiana, ut
„1. Cor. XII, 12. quod et v. 29. probetur; partim e
„Math. V, 44. 45. Rom. IX, 8. et noſtrae epiſtolae v. 6. 7. 8. patere, „habere nos σπερμα τε Αβρααμ duplici ſenſu,
„uno, quo complectitur liberos Abrahami *proprios* ſ.
„ejus de ſanguine ortos, altero, hos, qui *tropice* h. e.
„propter fidei ſimilitudinem, *liberorum* ejus nomine or-
„nentur, Rom. IV, 11. 12. *h*)“ atque his convenienter com. 16. ita reddit: „*Sunt autem in Abrahamum dicta*
„*promiſſa et in ſemen ejus* i. e. liberos. *Non loquitur* ſ.
„promittit haec, quod beati futuri ſint, oraculum divinum
„*ſeminibus*, *tanquam plurali numero* h. e. liberis Abra-
„hami cujuscunque generis, ut hoc nomen eos quoque
„complectatur, qui proprio ſenſu dicantur, aut origine
„et circumciſione ſola cum Abrahamo conjunctos, *ſed*
„*quaſi in ſingulari: ſemini tuo*, uni tantum horum libe-
„rorum generi, *id eſt Chriſtianis*, videlicet iis, qui pro-
„pter fidei ſimilitudinem nomine liberorum Abrahami
„vere digni reperiantur.“ *i)* Verbis com. 19. διαταγεις δι αγγελων, εν χειρι μεσιτε hac vi vindicata, „ut intelligatur

e) pag. II.

f) pag. V.

g) pag. VI.

h) pag. VII.

i) pag. IX.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

„id, quod eſt univerſa Pauli oratione tractatum, parum „auctoritatis habere legem Moſaicam, ſi comparatur cum „Evangelio, quod ab ipſius Dei filio hominibus propoſi- „tum ſit“ *k*), ad ipſam loci noſtri interpretationem tandem accedit, atque τον μεσιτην com. 20. ob articuli vim et contextus rationem de Moſe intelligi jubet, ellipſin vero ad ενος e Pauli ipſius auctoritate optime ſupplendam cenſet, „qui quidem ενος ante mentionem fecerat comt. 16., „nempe non ἑνος μερος, aut νομος aut alius unius, *ſed* σπερ- „ματος, qui idem v. 19., quocum eſt noſter maxime „conjunctus, profeſſus erat, legem Moſaicam non eſſe „vim auctoritatemque habituram niſi ad tempus, quo „venturum eſſet το σπερμα ᾧ ἐπηγγελται.“ *l*) „Formulae „vero ουκ εστιν τινος eandem fere eſſe rationem, quae illius „v. 12. ὁ νομος ουκ εστιν εκ πιστεως, lex non inſiſtit fidei ſed „factis, fidei nullam rationem habet, aut iſtorum v. 9. et „10. εκ πιστεως, εξ ἐργων νομος εἶναι, fidei aut praeceptis ope- „ram dare, atque valere: *ad unum ſemen non pertinere „Moſen. m*) Ad verba vero ὁ δε θεος εἷς ἐστιν ſupplendum „eſſe θεος, ut ad priora ὁ δε μεσιτης ουκ ἑνος εστιν ſupplendum „erat μεσιτης; atque quemcunque poſt illa: *Ad unum ge- „nus Abrahamidarum non pertinet Moſes*, nullam aliam „exſpectare ſententiam, niſi hanc: *Deus autem vel ad „hoc genus pertinet*, omnium eſt, non modo propriorum „Abrahami liberorum, ſed et impropriorum, non unius „judaicae gentis, ſed gentium omnium Deus. Ἑνα θεον „vero eſſe pro communi pluribus Deo, aeque conſtare ex „ſimilibus Pauli locis 1. Tim. II, 5. Eph. IV, 5. 6. Rom. „III, 29. X, 12.“ *n*) His omnibus rite et acute expoſitis, hanc v. 19. et 20. exhibet periphraſin: „Si nihil „opus eſt, — ita poterat occurri Paulo — niſi fide, ut „quis numeretur in Abrahami liberis, cum eaque gratio- „ſus ſit Deo: quid eſt cauſae, cur Deus rogaverit legem „Moſaicam, quae videtur monſtrare viam, qua Dei beni- „volentiam conſequamur? Non hoc conſilio, inquit Pau- „lus, data eſt, ſed ad coërcendos Iſraelitarum mores, nec „niſi ad tempus usque, quo exſtiturum eſſet ſemen, cui

k) pag. IX et X.

l) pag. XI.

m) pag. ead. XI.

n) pag. XII.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

„promiſſa ſunt data h. e. Chriſtiani, qui ipſi ſunt verum „ſemen Abrahami, nec niſi per angelos internuncium- „que, quorum auctoritas nequaquam poteſt cum filii „ipſius Dei excellentia comparari. *Atque iſte internun- „cius, Moſes, unius Iſraeliticae gentis ſive eorum libero- „rum Abrahami cauſa erat conſtitutus, qui proprie eſſent „tales ſ. ab eo generati, propter alterum genus h. e. gen- „tium ſ. fide ſimilium Abrahami nullo modo. Verum „tamen horum quoque Deus Deus eſt, iique ſunt pro- „prie benevolentiam ejus conſecuturi, vi promiſſionis Abra- „hamiticae, qua Deus ſe dixit fortunaturum cum Abra- „hamo gentes quascunque.* Itaque cum his non ſit pro- „ſpectum per Moſen, alia eſt ad ſalutem via, alio opus „internuncio, Chriſto; omninoque, cum Deus judaeis „et gentibus aeque propitius eſſe velit, ſi quidem fide „ſtudeant probari Deo, intelligitur, et carere nos hodie „legibus Moſaicis poſſe, et legem eam non hactenus „datam eſſe, ut eſſet verum ſalutis praeſidium.“ *o*)

§. 93. Nos in exponenda hac interpretatione tam copioſos fuiſſe, neminem facile offenſurum ſperamus, qui perpenderit, quantam ea et ex ſe ipſa, et ex ejus autore, Viro S. V. petat commendationem, nec, neglecta hac expoſitione, de noſtro hujus interpretationis examine inſtituendo, juſtum ferri poſſe a lectoribus judicium. Quare ſingulae hujus interpretationis partes ſingulatim erunt examinandae, quo in labore, et juvenis modeſtiam et in Virum S. V. ſtudium neminem facile deſideraturum ſperamus.

§. 94. Summum *Noeſſeltianae* interpretationis argumentum petitum eſt ex eo, quod v. 16. ἓν σπερμα et χριστος non proprie de uno e poſteris et de perſona Chriſti, ſed tropice, ἓν σπερμα ſcil. de eo genere filiorum Abrahami, qui fide ipſi ſunt ſimiles, et χριστος de ſocietate chriſtiana, ab Apoſtolo dictum eſſe ſumitur. Utrumque in N. T. tropico illo ſenſu legi, negari nullo modo poteſt, cum e Math. V, 44. 45. et Rom. IX, 8. et aliis multis locis non ſolum eluceat, ſolemne fuiſſe, „filios eos appellare, qui, „quocunque modo, alterius doctrinam, animum, moresve „referunt,“ ſed et Rom. IV, 11. 12. coll. 16. ſatis perſpicue probet, duplex dari Abrahami σπερμα, alterum το

o) pag. XIII.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

ἐκ τȣ νομȣ vel ἐκ περιτομης, i. e. qui ejus de ſtirpe ſunt, Judaei legi adſcripti, alterum το ἐκ πιστεως, οἱ στοιχȣντες τοις ἰχνεσι της ἐν τη ἀκροβυστιᾳ πιστεως τȣ πατρος ἡμων Αβρααμ i. e. qui ſunt Abrahami ſimiles fide, quales erant de gentibus Chriſtiani. Ita nec ulla dubitatione obnoxium eſt, vocabulum Χριστος 1 Cor. XII, 12. tropice, de ſocietate Chriſtiana adhiberi. Sed in omnibus his et aliis locis, ubi σπερμα et χριστος tropico hoc ſenſu occurrit, orationis ſeries et diſputationis ratio ita comparata eſt, ut quemcunque legentem ſponte ad hancce ducat ſignificationem. Num vero tam facilis et noſtri loci ſit ratio, ac num ea ei quoque inſint, quae hancce interpretationem non ſolum adjuvent, ſed poſtulent adeo, in id ſingulatim eſt inquirendum.

§. 95. Negari quidem nullo modo poteſt, Apoſtolum in priori capitis noſtri parte, de veris Abrahami liberis (in plurali) exponere, atque docere, non eos, qui lege Dei probari ſtudeant, ſed eos, οἱ ἐκ πιστεως, qui Abrahamo fide ſunt ſimiles, veros ejus eſſe filios eos, qui δικαιȣνται παρα τῳ θεῳ. Atque hos εκ πιστεως, Chriſtianos eſſe intelligendos aeque facile patet. Jam vero a verſu inde 13. mutatur ſubjecti, quod dicunt, numerus, atque quod antea de pluribus, υἱοις Αβρααμ v. 7. οἱς εκ πιστεως v. 9. dixerat, hoc jam ad unum transfert, Chriſtum, qui nos a legis miſeranda conditione, quippe quae nullam poterat praebere δικαιοσυνην, morte ſua liberavit v. 13., ut felicitas Abrahamo promiſſa per hunc Chriſtum, εν χριστῳ Ιησȣ v. 14. omnibus contingeret. Neminem enim ſolere in teſtamento conſtituto mutare aliquid v. 15. In illo vero Abrahamitico pacto felicitatem a Deo promiſſam fuiſſe Abrahamo καῖ τῳ σπερματι ἀυτȣ, non pluribus, σπερμασιν, ſed uni σπερματι, qui unus eſt Chriſtus. Per unum hunc Chriſtum επαγγελια exhibetur τοις πιστευȣσι v. 23. atque lex valere modo debuit usque dum veniret ille unus Chriſtus, ad quem nos praeparando quaſi duxit v. 24. Cum ergo hic venerit Chriſtus, ruit lex v. 25. et lege ſublata omne diſcrimen Judaeos inter et gentiles tollitur atque omnes, ſine gentis diſcrimine, unum jam conſtituunt ἐν χριστῳ v. 28. i. e. omnibus per unum hunc Chriſtum una eademque datur felicitas promiſſa. Omnes itaque qui Chriſto nomen dant, veri ſunt liberi Abrahami, αρα τȣ Αβρααμ σπερμα εστε v. 29. i. e. potiuntur felicitate Abrahamo et σπερματι ejus

promiſſa. Qua vero ratione? Chriſtus ſcilicet eſt illud σπερμα, quod promiſſio Abrahamo facta ſpectat, qui ergo Chriſtum ſequuntur, participes per eum fiunt promiſſae illius felicitatis. At vero qui potiuntur felicitate Abrahamo et ſemini ejus promiſſa, veri ſunt Abrahami liberi. Omnes ergo qui Chriſtum ſequuntur, atque per hunc felicitatem promiſſam conſequuntur, veri ſunt Abrahami liberi. Ex hac loci noſtri expoſitione ſatis clare cuique adpariturum eſſe ſpero, Apoſtolum per ἑν σπερμα illud, χριστον v. 16., non ſocietatem chriſtianam, aut genus quoddam Abrahami liberorum intellexiſſe, ſed unum modo eumque ſolum Chriſtum. Nam ita apte et perſpicue omnia Apoſtoli dicta cohaerent atque hanc ſenſus definitionem urgent, ut ſane mirum videri poſſit, quomodo cum Noeſſelto pauci *p*) hanc loci conjunctionem negligere potuerint, niſi et illa interpretandi ratio conſilio Apoſtoli bene convenire videretur.

§. 96. Durius quoque videtur verba v. 16. και τω σπερματι σε, ὁς ἐστι χριστος, cum Noeſſelto vertere: et uni liberorum Abrahami generi, Chriſtianis ſcilicet, cum in antecedentibus nulla reperiatur cauſa, quae hunc infrequentiorem verborum uſum poſtulet. Nec difficile eſt intellectu, qua ratione Paulus ad hancce de uno Chriſto, vero Abrahami ſemine, in promiſſione indicato, venerit ſententiam. In antecedentibus enim docuerat, neminem lege Moſ. obſervanda Deo probari poſſe, ſed πιστει. Ut enim Abrahamus πιστει Deo probatus eſt, ſic et nos πιστει Dei favorem conſequi modo poſſumus et debemus. Sed duplex eſt in hac argumentatione πιστεως ſignificatio; in Abrahamo πιστις eſt firmiſſima perſuaſio de promiſſo divino certiſſime exſequendo, quam vero πιστιν a lectoribus deſiderat, quo δικαιουται παρα τω θεω, eſt religio chriſtiana. Cum ambigua haec adhuc viderentur, atque ab adverſariis ita in rem ſuam verti poſſent, ut dicerent: nos, Judaei, habemus quoque πιστιν, certiſſimam ſcilicet perſuaſionem, lege Moſ. obſervanda Deo nos probatum iri, et Moſes eſt illud σπερμα τε Αβρααμ, cui promiſſio data eſt, qui lege ſua divina aditum ad favorem Dei conſequendum aperuit; docet Paulus, σπερμα illud, cujus in promiſſione Abrahamitica mentio fiat, nullum alium eſſe, niſi Chriſtum, et πιστιν illam, qua quisque Deo probari poſſit, eſſe πιστιν εἰς

p) l. cit. p. VI. Bezam, Cameronem et Petrum Lannaeum laudat.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

χρισον, religionem christianam, qua argumentatione non solum omnis de πισεως significatione tollitur dubitatio, sed et adversariis objiciendi praecluditur ansa. Quare, nisi Paulus antea docuisset, Christum esse illud ἑν σπερμα in promissione, non concludere potuisset v. 22: ἡ επαγγελια εκ πίσεως Ιησε Χρισε εδοθη τοις πισευσασι, nec omnem rem istis, quas v. 28 et 29. legimus, sententiis, coronare et decidere potuisset, quae ex hac omnis argumentationis ratione clariorem demum petunt lucem. Quod vero S. V. *Noesseltus* vehementer veretur, *q*) ut ex hac interpretandi ratione, vis talis argumenti explicari, aut Paulus ab interpretandi calumnia defendi possit, cadit eodem jure in suam quoque interpretationem. Qui vero meminerit allegoricae illius aetatis interpretandi rationis, et solemnis Apostoli moris V. T. loca ad suam rem applicandi, hanc accusationem metuet nullus, nec anxie premet vocem λεγει scil. γραφη, nec ad unguem grammaticae et historicae nostri temporis interpretationis omnia referet. *r*) Quae si hactenus recte sunt disputata, docent nec illud σπερμα quod v. 19. legitur, esse proprie societatem christianam, sed Christum ipsum, nec ἑνος v. 20. ad quod Noesseltus supplendum censet σπερματος, esse posse unius illius societatis christianae, sed potius illius unius Christi.

§. 97. Sed quaeritur, num haec ratio, quae σπερματος e v. 19. ad ἑνος suppleri et ad ενος v. 16. respici jubet, facilis quoque ac commoda habenda sit. Ex meo quidem sensu, illud ἑνος, v. 16. nimis remotum videtur, quam quod animo Apostoli v. 20. exarantis adhuc in recenti fuerit memoria. Deinde Gablerus *s*) de tali supplendi ratione jam observavit; „desiderari ante ενος articulum τε vel voc. ἑκανε, quorum alterutrum, si το ενος definite," maxime de σπερματι, „accipiendum sit, abesse nequeat." Cum denique vidimus illud ἑν σπερμα non esse societatem christianam, sed Christum ipsum, enunciatio, quae his convenienter e loco prodit nostro: „*Moses non est mediator Christi*," nimis jejuna videtur, et altera, quae huic aequipollere censenda est: *Mosis legislatio non pertinet ad Christum et ejus institutum*, nimis quaesita.

q) l. cit. pag. VIII.

r) cfr Eckermannus *in symbol. theol.*

s) Prolus. supra lad. pag. 9.

§. 98. Tum verum quidem eſt, ἑνα θεον in locis a *Noeſſelto t*) laudatis ſignificare, communem omnium Deum; ſed vidimus jam ad Langianae interpretationis examen locorum Rom. III, 29. et X, 12. ac 1. Tim. II, 5. longe diverſam eſſe rationem a noſtro loco, id quod et in Epheſ. IV, 5. 6. cadit, ubi εἱς θεος non ſolum explicatur additis και πατηρ παντων, ſed et adjuvatur praecedentibus εἱς Χριστος, μια πιστις, ἑν βαπτισμα. At vero in noſtro loco nihil praeceſſit, nec ſequitur quod εἱς θεος vertere ſuadeat aut poſtulet, per Deum omnium (Abrahami liberorum) communem, ſed haec interpretatio e diverſo demum, quem quis prioris verſus 20. partis ſtatuit ſenſum, fluit. Cum vero, ut vidimus, verba ἑνος εκ εσιν ſpectent Chriſtum, non bene quadrat ἑνα θεον de Deo interpretari, qui omnium eſt, non modo propriorum Abrahami liberorum ſed etiam impropriorum; quae ſenſus definitio nec tunc placeret, ſi vel maxime prius membrum cum *Noeſſelto* vertendum ſit: „ad unum genus Abrahamida„rum non pertinet Moſes.“ Paralleliſmus enim membrorum, poſtulat, ut εἱς θεος opponatur pluribus Diis, ut εν ſcil. σπερμα oppoſitum erat pluribus feminibus; quae oppoſitionis concinnitas atque vis omnis perit, cum Noeſſeltus ipſe *u*) ἑνα θεον eum eſſe dicat, qui non uni Abrahamidarum generi, ſed utrique propitius eſt.

§. 99. Denique ea, quae S. V. *Noeſſeltus x*) ſummatim e ſua loci interpretatione concludit, plus una ratione contra ejus ſententiam teſtari videntur. Dicit enim: „Itaque cum his (genuinis Abrahami liberis, i. e. fide ei „ſimilibus, vel Chriſtianis) non ſit proſpectum per Moſen, „alia eſt ad ſalutem via, alio opus internuncio, Chriſto.“ Nonne haec ſuſpicionem excitant, Apoſtolum Moſen talem Iſraelitarum habuiſſe internuntium, per quem ipſis ita fuerit proſpectum, ut alio internuntio, Chriſto, ſane carere potuiſſent, quo ii ſolum opus haberent, quibus per Moſen ita non fuerit proſpectum? Hoc vero toti Apoſtoli conſilio contrarium eſt, qui Moſis inſtituto minime tantam tribuit vim, ſed vile illud ſatis (quod ipſum

t) pag. XII.

u) pag. eod. XII.

x) pag. XIII.

et e Noeſſelti interpretatione v. 19. perſpicue prodit) nec ad δικαιοσυνην ſibi comparandam ſufficiens cenſet, et omnes potius, Iſraelitas aeque ac gentiles, πιστει, religione et beneficiis Chriſti egere ad Dei favorem conſequendum contendit. Ergo ex Pauli mente neceſſitas Chriſti mediatoris ex eo eſt repetenda, quod εξ εργων νομου δικαιωται, non autem inde, quod Moſaica lex parti modo hominum, Iſraelitis proſpexit; qui error propterea in Viri V. irrepſiſſe videtur ſententiam, quod per omnem locum, praeſertim in v. 20. nimis tenaciter duplex illud genus liberorum Abrahami preſſit. Cum vero ex hac tractandi ratione ſponte iſte prodeat error, toti loco contrarius, patet, illud diſcrimen duplicis generis non ita anxie eſſe premendum. Nec quae ultimo loco ex omni argumentatione concludit: „cum Deus Judaeis et gentibus aeque propitius eſſe velit, ſi quidem fide ſtudeant „probari Deo, intelligi, et carere nos hodie legibus Moſaicis poſſe, et legem eam non hactenus datam eſſe, ut „eſſet verum ſalutis praeſidium," ex omni loci conſilio bene intellecto potius, quam ex Viri Ven. interpretatione fluunt, ex qua non ſolum non patet, num Judaeis lege Moſ. ita proſpectum ſit, ut facile Chriſto mediatore carere poſſint, ſed et hujus adeo opinionis ſuſpicio haud levis excitatur.

Haec vero fuerunt, quae monere habui in *Viri S. V.* interpretationem, quae ſane tacuiſſem, ſi in ipſum pietatis potius, quam veritatis ſenſum ſequi voluiſſem.

§. 100. Demtis illis, quae Noeſſeltus de σπερματι v. 16. expoſuit, eandem cum illo interpretandi rationem praeivit jam Anglus quidam D. Allix. WHITBY *y*) hunc in modum locum noſtrum exponens: „*Aber dieſer Mittler, „(nämlich Moſes) war allein der Mittler der Juden, und „ſo allein der Mittler von einer Parthey, welcher der „Seegen Abrahams zugehörte*, v. 18. 14. ſive: *dieſer „Mittler aber (Moſes) iſt nicht der Mittler von „einem (das iſt, von dem einen Saamen Chriſto, welcher*

y) vid. *Die heil. Schrift des A. u. N. T. nebſt einer vollſtändigen Erklärung derſelben aus verſchiedenen Engländiſchen Schriftſtellern zuſammengetragen — mit Anmerkungen herausgegeben von Jacob Brucker.* Tom. XV. pag. 724 et 725.

„*den Segen zuwege bringen ſollte. Aber Gott der die „Verheiſſung gethan hat, daſs in einem alle Geſchlechter „der Erde geſegnet werden ſollten, iſt einer, ſowohl der „Gott der andern Parthey, der Heyden, als der Gott „der Juden, und alſo bereit, die eine ſowohl als die an- „dere zu rechtfertigen.*“

Non mea eget opera, quisque enim videt hanc interpretationem in omnibus convenire cum Noeſſeltiana, nec eſſe, quod denuo de illa moneamus.

§. 101. Ante Noeſſeltum Rosenmuellerus V. S. V. ſingulari libello *z*) eandem jam propoſuerat loci interpretationem, quae et Noeſſelto optima viſa eſt, quamque priori loco expoſuiſſem, ſi Praeceptoris pie Col. libellum inſpicere mihi contigiſſet. Ex Scholiis ejus vero patet in omnibus ipſum cum Noeſſelto conſentire ita, ut per unam et altera expoſita ſit interpretatio. Quod ut et lectoribus eluceat, paucis illam addam. *a*): „Ille „autem (Moſes nempe) mediator illius unius (prolis „Abrah.) non eſt, ſed Iſraelitarum, h. e. non pertinuit „ex conſilio divino munus Moſis internuntii ad illam pro- „lem unicam Abrahami, cui promiſſio data eſt ſine ad- „jecta legis durae conditione; neque igitur huic proli quid- „quam derogare poterat legislatio Moſis, inprimis cum „Deus unus idemque ſit, h. e. ſemper ſibi conſtet, nec „unquam mutet propoſitum.“ Ecce Noeſſeltum ante Noeſſeltum!

§. 102. Quam Doederlinius *b*) loci noſtri expoſuit interpretationem, Noeſſeltianae et Roſenmuellerianae ſimillimam fere dixeris.

Ad ἑνος ſcilicet σπερματος addendum, nec reſtrictive, de perſona Chriſti, ſed de ſocietate chriſtiana intelligendum cenſet, qui vocabuli χριστος uſus tironibus jam ſatis ſit notus. „*Wenn es alſo heiſst: Moſes iſt nicht „Mittler des einzigen Saamens, dem die Ver- „heiſſungen gegeben ſind, ſo will der Schriftſteller*

z) Program. fer. natal. Dom. Erlangae 1779.

a) cfr. Roſenmuelleri Scholia in N. T. Tom. IV. ad l. n. pag. 411. ſq. edit. quartae.

b) cfr. ejus *auserleſ. theol. Biblioth.* Tom. IV. Partl. III. pag. 236—238.

„*ſagen: diejenigen, welchen Moſes das Geſetz gab, wa-*
„*ren nicht die Erben der dem Abraham ertheilten Ver-*
„*heiſſung: die Zuſage gilt ni ht den Anhängern des Ju-*
„*denthums, welche nicht das* σπερμα *oder* υἱοι ἐπαγγελιας
„*ſind; denn dieſe müſſen* υἱοι αβρααμ εκ πιστεως *ſeyn.*“ —
„*Gott aber iſt einer. Er iſt eben der Gott, der die Ver-*
„*heiſſung gab, und eben derſelbe, der das Geſetz durch*
„*Moſen gab. Das Geſetz kann alſo die Verheiſſung nicht*
„*ungültig machen, ſonſt müſste Gott, der Urheber von*
„*beyden, ſich ſelbſt widerſprechen.*“

§. 103. Ex his ſatis clare adparet, *Doederlinii* interpretationem in omnibus fere cum Noeſſeltiana conſentire, nec eſſe, quod iterum difficultates, quibus implicita eſt, multis repetamus. Licet enim χριστος alias ut Gal. V, 6. de ſocietate chriſtiana dicatur, noſtro tamen loco omnis v. 16. ratio huic ſignificationi repugnat, quae χριστον eundem probat ὁ ῆμας εξηγορασεν v. 13. et ἐν ῷ γινεται ἡ ἐυλογια τε αβρααμ v. 14. Summa quoque foret durities in verbis v. 19. αχρις ἑ ελθη το σ. ὡ επηγ., ſi σπερμα idem eſſet, quod υἱοι ἐπαγγελιας aut υἱοι τε αβρααμ εκ πιστεως. Illi υἱοι pertinent potius ad τα εθνη ὁις γινεται ἡ ἐυλογια εν χρ. ιησ. v. 14. qui ab illo σπερματι ſatis clare per totum locum diſtinguuntur, atque v. 29. hanc ponit notam, et qua υἱοι επαγγελιας poſſint, ſcil εἰ ὑμεις χριστε εστε. Sed omnia haec pluribus jam ad Noeſſelti interpretationem expoſita leguntur, quam primo poſui loco, quod copioſius omnia in illa explicata ſunt.

§. 104. Michael Weberus *c*) Vir S. V. quoad caput rei cum Noeſſelto in interpretando loco noſtro conſentit, ſed aliud modo conſilium Pauli in v. 20. ſiſtit, ita v. 19 et 20. vertens: „Lex conſtituta eſt a ſummo legato, „(filio Dei) tradita (Exod. XXXI, 18.) in manum inter-„pretis (Moſis). Hic vero interpres (Moſes) non eſt in-„terpres unius illius poſteritatis: Deum vero utraque „Abrahami poſteritas communem habet.“ Quo jure verba δι αγγελων vertit per ſummum legatum, filium Dei, non quaeramus, quippe a loco noſtro alienum, ſed audiamus

c) cfr. ejus Eclogae II in epiſt. Pauli minores. Vitbrg. 1791. pag. 3 et 4.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

eum de consilio v. 20. exponentem: „Nisi fallitur mens, „explicare vult Paulus v. 20. qua ex parte differat utra- „que Abrahami proles, σπερμα κατα σαρκα et σπερμα κατα „πνευμα, posteritas non credens et posteritas credens, qua „vero etiam ex parte non differat. Differt in *interprete*; „non differt in Deo. *Credens* Abrahami posteritas το εν „σπερμα, cui uni promissio data est, (coll. 19. et 16.) „Christo nititur interprete, hoc est, christiani homines, „ubi res iis est cum Deo, non spem ponunt in lege Mo- „saica, quippe quae legitime facta, virtutem perfectam „postulat, quam a sua imbecillitate et vitiositate alienam „esse sciunt, sed in solo Christi merito. Contra vero po- „steritas Abrahami *non credens*, σπερμα κατα σαρκα, Mose „nititur interprete, hoc est, Judaei, religionem chri- „stianam spernentes, et christiani judaizantes, qui ζηλον „habent ου κατ' επιγνωσιν, jactant legem Mosaicam, facta „qualiacunque pro legitime factis, virtutem imperfectam „pro perfecta habent, et, in suo nempe merito acquie- „scentes, Christi meritum contemnunt. Sic igitur utra- „que Abrahami proles differt in *interprete*.“ — Quod „autem Deum attinet, qui ab utraque posteritate colitur; „nihil est discriminis. Utraque colit verum Deum. Est „Deus utrique σπερματι, σαρκικῳ et πνευματικῳ, unus idem- „que, Deus communis, θεος εις.“

§. 105. Quatenus haec Weberi loci nostri interpretatio cum Noesseltiana supra exposita conspirat, idem de illa valet, quod de hac monuimus, quaeque repetere non libet. Habet vero haec Weberiana quaedam sibi propria, quae accuratius examinasse juvabit.

§. 106. Primum *Weberus* Apostolo hoc loci nostri consilium tribuit, ut doceat: „qua ex parte differat utra- „que Abrahami proles, qua vero etiam ex parte non diffe- „rat.“ At vero quodcunque aliud loci nostri consilium lectori facilius occursurum et probaturum esse censeo, quam hoc. Neque enim a loci contextu ac a verborum abhorrere videtur vi, nec est, nisi argumentum ex ea, quae Webero prae caeteris placuit, interpretatione, conclusum, quorum plura adhuc ex ea ipsa trahi possent argumenta, quae in eadem Apostoli in loco conscribendo consilia convertere, aeque in Paulum injuste, ac in ερμηνευς praecepta violenter actum videretur. At fortasse discri-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

men ipſum, quod Apoſtolus, e Weberi mente, hoc loco inter utramque Abrahami prolem vindicare voluit, ita comparatum eſt, ut non poſſit non a quolibet e verbis ipſis ſponte intelligi, et ad hanc interpretandi rationem defendendam adhiberi? Nec hoc ita ſe habere videtur. Utramque enim prolem differre dicit Vir Ven. in interprete, non autem in Deo; σπερμα κατα πνευμα ſcil. niti interprete Chriſto, σπερμα vero κατα σαρκα niti Moſe interprete. Jam vero bene quidem video, in calce v. 19, verbulo ſermonem eſſe de Moſe interprete, de Chriſto vero interprete Apoſtolum, quoque locutum eſſe, toto in loco non vidi, ſed Chriſtum Paulus v. 16. eſſe dicit ἑν σπερμα, ad quod pertinuit promiſſio Abrahamo facta. Quodſi vero quis ea, quae de Chriſto v. 16. dicuntur, ita vellet torquere et premere, ut ſub interpretis notione poſſent comprehendi, hoc tamen minime in favorem Weberi fieri poſſet interpretationis, qui illud ἑν σπερμα, χριστον (v. 19 et 16.) non Chriſtum unum, ſed cum Noeſſelto, credentem Abrahami poſteritatem intelligit. Ex hac itaque interpretatione notio Chriſti interpretis ad v. 20. ſolummodo e lege oppoſitionis ad Moſen interpretem eſſet addenda; ſed quanta ſunt, quae ex hac interpretandi ratione cogitando addi debent. Ex hoc enim capite iſta interpretatio laborare videtur, quod nimis multa cogitando addenda poſtulat. Nam ex ſolo hoc diſcrimine, quod Moſes interpres τȣ σπερματος κατα σαρκα, Chriſtus vero interpres τȣ σπερματος κατα πνευμα fuerit, nihil prorſus additur, ad loci argumentum, niſi conſilium atque virtutes cujusque interpretis ſimul cogitando addantur, quarum haud levis eſt moles, ut quisque e verbis Weberi intelligere poteſt.

§. 107. Deinde et in interpretando poſteriori membro Weberus a Noeſſelto differt. Qui enim ἑις θεος Noeſſelto fuit, Deus qui utrique poſteritati idem eſt propitius, Webero eſt unus idemque Deus, qui ab utraque poſteritate colitur, utraque ſcilicet colit verum Deum. Haec quamquam per ſe veriſſima ſententia, loco tamen noſtro aliena videtur, et diſcrimen illud, quod tota Apoſtoli argumentatio utramque inter poſteritatem Abrahami ponit, tollere fere, valde mitigare certe videtur, praeſertim ſi quis cum Webero verba ver. 19. νομος διαταγεις δι αγγελων vertit: lex conſtituta a ſummo legato, filio Dei, unde et in legis internuntium major quaedam

vis et auctoritas transire videtur. Denique et omnis haec interpretatio, ſi vel maxime verbis poſſit vindicari, parum tamen ad argumenti totius loci vim facit, nec bene cohaeret cum iis, quae v. 21. ſtatim ſubſequuntur.

§. 108. SCHLEGELIUS *d*) loci noſtri interpretationem exhibuit, in priori parte cum Noeſſeltiana et Weberiana maxime quidem conſentientem, in poſteriore vero parte tam ſingulari modo a quacunque alia, quae mihi hucusque innotuit, abhorrentem, ut teſtimonii loco afferri mereatur, quanta hic verſus interpretum ingeniis ſaepe tormenta dederit. Ita enim omnem vertit locum: „*Der Mittler Moſes aber iſt nicht von dem „einen Saamen, Chriſto, Mittler oder Ver„kündiger. Gott aber ſpricht, es iſt einer, „oder, Gott iſt der Verkündiger des Einen.*“

§. 109. Refert itaque Schlegelius vocem ἑνος ad τε σπερματος ἑνος v. 19 coll. 16., qua in re conſentit cum Webero et Noeſſelto, nec itaque erit, quod iterum de hac interpretandi ratione moneamus, cum idem illud, quod ſupra in illorum Virorum S. V. ſententiis examinandis de ea expoſuimus, de hac quoque valeat. At in interpretanda poſteriori loci noſtri parte ſuam ſibi ingreditur viam. Nam poſt verba: ὁ δε θεος ſuppleri jubet: λεγει, et in ſequentibus ἑις ἐστιν, ad εις cogitando addi jubet σπερμα. Sed lectores ſingulari hac interpretandi ratione offenſi diſcere cupient rationes, quae Schlegelio eam ſuaſerint. Prima quidem fuit, quia haec ratio ipſi viſa fuit facillima et commodiſſima, altera vero, quia optimae N. T. editiones poſt verba illa: ὁ δε θεος, comma habent. At vero, ut ab ultimo incipiamus, quis ignorat originem interpunctionis ſignorum novam, unde nullum prorſus argumentum ad hanc vel illam interpretationem defendendam peti poteſt, maxime in tali loco, ac e minori hoc interpungendi ſigno?

§. 110. Deinde magnam ſapit duritiem, addito verbo λεγει, ad εἱς ſupplere σπερμα, genere prorſus diverſum. Nam ad hanc duritiem leniendam graecismus ille, qui v. 16. in

d) *Erneuerte Erwägung der Lehre von der göttl. Dreyeinigkeit. I. Th. Riga 1791.* pag. 56. *Note.*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

verbis eſt: καὶ τῷ σπερματι σε, ὅς ἐστι χριστος, nullo modo poteſt afferri, quippe ejus longe alia eſt ratio, quod ita clarum eſt, ut ampliorem rei expoſitionem et probationem ſuperfluam prorſus habeamus. Si haec, quae Schlegelio placet, Apoſtoli fuiſſet mens, certe ſcribere debuiſſet: ὁ δε θεος λεγει: ἑν ἐστι. Quid denique dicendum eſt, de ipſa illa ſententia: Deus eſt promulgator unius illius ſeminis, Chriſti ſcilicet? Nonne Deus et Moſis promulgator recte dici poteſt? Quid haec tota ſententia ad conſilium Apoſtoli faciat? quomodo conjuncta ſit cum praecedentibus, et quo cohaereat vinculo cum ſequentibus? libere profiteor me hoc non intelligere, et hanc loci rimandi rationem omnium fere duriſſimam mihi videri.

§. 111. Quarto jam loco examen noſtrum ad eos pergit interpretes, qui μεσιτην aeque cum prioribus Moſen intelligunt, *ad* ἑνος *vero ſuppleri ſuadent* νομε, *et* ἑις in altero membro interpretantur *per* ὁ αὐτος, quorum maxime cognovi b. *Koppium*, *Cameroniem*, *Clericum*, *Bahrdtium*, *Hezelium*, et *Hanium*, quamquam hic in definiendo ſenſu verborum: εἱς θεος, paululum a reliquis diſcedit, et omnium Deum potiſſimum intelligit, quem reliqui conſtantem, ſemper eundem explicant.

§. 112. b. Koppius *e*) loci noſtri interpretationem praeivit, quae non ſolum multorum virorum doctorum tulit plauſum vel plenum vel certe ex parte, ſed et tam vario modo cuique commendabilem ſe reddit, ut ſane tanto librorum ſacrorum interprete digna ſit habenda. Quare, ut et penes lectores examinis inſtituendi judicium ſit, audiamus illum non ſolum locum vertentem, ſed et argumenta interpretationis ſuae proferentem. Habet vero de commate noſtro haec: „*Jam quidem non* νομῳ „*Moſis tantum ſuus eſt* μεσιτης, (plures fuerunt, inpri- „misque ὁ μεσιτης της καινης διαθηκης Jeſus) *ſed unus tamen* „*idemque Deus eſt*, qui miſit omnes, is adeo debet ſibi „conſtare, nec poteſt ſecum ipſe pugnare. Evos vel ad „ſubjectum, quod proxime praeceſſerat, νομος refero (cfr. „Hbr. VIII, 6. IX, 15. μεσιτης της διαθηκης: vocem enim

e) Novum T. graece perpetua annotatione illuſtratum a Jo. Benj. Koppe. Vol. VI. curavit Th. Chr. Tychſen. Götting. 1791. pag. 47.

„νομος a legibus Mof. quibus propria erat, ad Jefu etiam „religionem transferri ab Apoftolo vidimus (1, 19. cfr. „Excurf III.) vel fupplendum cenfeo πραγματος. Utrum „fequaris, μεσιτης Ενος idem eft quod μεσιτης Εις (h. e. „ὁ αὐτος). Formula ipfa vero ὁ δε — εἰς εστιν ita refolvenda: „εἰ δε και ὁ μεσιτης ουκ εστιν ἑνος (εἷς, ὁ αὐτος) ὁ δε θεος εἷς ἐστιν. „θεος εἷς ἐστι pofitum pro ὁ αὐτος (nimirum, ut fuperiori με- „σιτης ἑνος refponderet.) Non alius Deus eft, qui mifit „Mofen, et alius, qui μεσιτας caeteros, velut: Abraha- „mum, alios, inprimisque Jefum. Caeterum omnis „hujus verficuli fententia in animo Apoftoli excitata vi- „detur tantum voce μεσιτε v. 19; qua quidem femel ufus, „ut fit, naturali quadam fimilium idearum conjunctione „ad Jefum, quem hoc ipfo nomine μεσιτε cogitare et Mofi „inprimis opponere folebat (cfr. Hbr. VIII, 6.) cogita- „tione devolvebatur."

Ex hac itaque interpretatione verfus noftер arctiffime et optime cohaeret cum fequentibus, ὁ θν νομος — γενοιτο, hac ratione: „Itaque cum Deus is, qui cum Abrahamo, „et qui cum Mofe egit, fit unus idemque Deus, quomodo „tandem fieri poteft, ut leges per Mofen latae tollant „promiffa praeftita Abrahamo?" In quo nexu conftituen- do differt b. Koppius a Clerico atque Bahrdtio, qui, etfi in reliquis confpirent, parentheft tamen v. 20. includi volunt. Nec negari poteft, haud inepte illa omnia ad Pauli confilium in tota hac argumentatione quadrare. Sed quo pluribus haec interpretatio fefe commendavit, et quo brevius Langius *f*) Gablerus *g*) et Hanius *h*) eam dijudicarunt et examinarunt, — nam quod et Befenbeccius *i*) ifte judicem ejus fe gefferit, vix eft quod dicamus, cum Gableri modo repetierit fententiam — eo accuratius et plenius examinandam eam cenfemus.

§. 113. Primum quidem quaerendum eft, quo jure ad ἑνος fuppleatur νομε e. v. 19. At vero hanc quaeftio-

f) lib. cit. Part III. p. 176 et 177.

g) l. cit. pag. 4 et 5.

h) *Schrifterklärungen. Erfte Fortfetzung von P. H. Hane. Prdg in Wooften.* pag. 43 et 44.

i) l. cit. pag. 4.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

nem dirimere difficillimum eſt, ob brevitatem, qua omnia v. 20. dicta, et ab arbitrio vel juſto interpretis ſenſu explenda relicta ſunt, ita ut nemo facile decernere audeat eam vocem, quae ſola neceſſario, quacunque alia neglecta et ſublata, cogitando addi poſſit ac debeat; ſed omnia modo pendent hac in re ab argumentorum probabilitate, quibus ductus interpres hanc vel illam vocem ad ενος ſupplendam cenſet. Id cadit quoque in eam rationem, qua b. Koppius ſupplendo νομε, loco obſcuro medicinam afferre ſtuduit. Non eſt, ex meo quidem ſenſu, quod judicem cogat, eam ſupplendi rationem prorſus tollere, ferre potius eam facile poteſt. Nec vero ei majorem vim tribuet prae caeteris aliis, v. c. ea, quae σπερματος ſuppleri jubet, quippe ille, qui nulla praeconcepta opinione locum legit, aeque facile aut difficile in hanc ut in illam incidet ſententiam. Quamquam enim νομος ſubjectum v. 19. eſt, σπερμα tamen propius praeceſſit, et verſus 20. ipſe nil continet, quod ad illud potius quam ad hoc reſpicere moneat, nedum cogat. Idem vero eſſe, ſi loco νομε ſuppleas πραγματος, b. Koppio non aſſentio, quod νομος ejus interpretationi plus favet, et e πραγματος ſupplemento pluribus ambagibus ad ſuam venit ſententiam.

§. 114. Deinde ſi vel maxime illa locum rimandi ratio, quae ad ἑνος addit νομε e. v. 19. probetur, νομος tamen v. 20. eandem habeat vim et ſignificationem neceſſe eſt, quam obtinet v. 19, cum idem ſit ſubjectum. Jam vero b. Koppii interpretatio hanc legem violaſſe videtur, et νομῳ, quae v. 19. eſt lex Moſaica i. e. omne religionis inſtitutum per Moſen factum, verſu 20. aliam ſignificationem ſubjecit, ex qua quodcunque religioſe inſtitutum ſignificat. Loci quidem verſio, quam exhibuit, ab hoc peccato liberare eum videtur, ſed uberior verſionis expoſitio et ſenſus explicatio, de cujus cum verſione pugna monendi infra locus erit, ipſum hujus erroris reum ſane facit. Cum enim dicat, μεσιτης ἑνος idem eſſe, quod μεσιτης εἷς, ὁ αὐτος, μεσιτης vero Moſen intelligat, nullo ſane alio modo inde ad ſuam de loco ſententiam ſurgere poteſt, niſi ita mente vertat: ille Moſes vero non eſt unus, unicus mediator νομε, ſed plures fuerunt. Jam vero ſub illo νομῳ Moſaicam legem non potuit intelligere, cum inde ſequeretur, legem Moſaicam ipſam plures habuiſſe extra Moſen mediatores, quod dicere abſurdum foret, ſed νομον potius

universaliter de quocunque religiose instituto intelligere debuit, ut sententia inde prodiret haec: Moses non fuit solus ac unus μεσιτης, qui in rebus religiose a Deo institutis locum habuerunt, sed ejusmodi μεσιται plures fuerunt, velut Abrahamus, alii, inprimisque Jesus. Quodsi vero haec fuit argumentandi ratio, animo b. Koppii obversata, non meis eget lector de hac ratione judicaturus verbis. Quibus enim probari potest argumentis, νομον significare quodcunque religiose institutum, pactum religiosum quodlibet. Aut quibus tandem excusari vel adeo defendi potest ea ratio, quae ad obscure dictum illustrandum subjectum e praecedentibus repetitum alio prorsus sensu adhibet, quam in praecedentibus obtinuit? Hoc haud dubie Langius sibi voluit, *k*) cum eam, quam ista interpretatio voci, νομος tribuit significationem, impedimento fuisse profiteretur, quo minus tulerit suum plausum.

§. 115. Tum parum sibi constetisse videtur in vertendo et explicando loco nostro, et omnis interpretatio multa ambigue dicta ac fluctuantia continet. In Excursu enim VII. ab eorum partibus se stare profitetur, qui sententiam universe propositam in priori parte commatis nostri inveniunt, et ad quemlibet μεσιτην, sive Mosis sive alius quis fuerit, accommodatam referunt. Si vero ipsam ejus interpretationem inspicio, μεσιτην illum non quemlibet, sed Mosen habuisse videtur. In verbis enim Koppii: „Jam quidem non νομῳ Mosis tantum suus est μεσιτης, plu„res enim fuerunt etc. quis alius iste „suus μεσιτης“ esse potest, nisi Moses? Quare proprie ita dicendum fuisset: Moses non fuit solus ac unicus μεσιτης νομικ, sed plures fuerunt a Deo constituti. Cum vero hoc ita quoque potuisset intelligi, ac si ipsi νομῳ Mosaico, praeter Mosem, plures fuissent μεσιται, alio modo eandem expressit sententiam, ita, ut addito pronomine „suus“ ambiguum illud dictum evitaretur. Sensus itaque illorum Koppii verborum clarior ita erit constituendus, νομος Mosis non est unicus νομος, qui habet suum μεσιτην, sed plures fuerunt νομοι, qui suos habuerunt μεσιτας, a Deo scil. constitutos, vel: Moses non fuit unus ac solus μεσιτης, plures enim fuerunt, inprimisque ὁ μεσιτης της καινης διαθηκης. Utrum

k) l. cit. pag. 177.

eligas, μεσιτης non quicunque mediator, ſed Moſes eſt intelligendus. Cum vero verba illa: non νομω Moſis tantum ſuus eſt μεσιτης" quoad ſenſum idem valeant, ac ſi dixiſſet: Moſes non unus ac ſolus eſt μεσιτης, Koppium inde deductum cenſeo, ut diceret „μεσιτης ἑνος idem eſſe quod μεσιτης εἷς." Quae enim ſi grammatice eſſent intelligenda, nullo modo ferri poſſent, cum μεσιτης ἑνος grammatice nunquam eſſe poteſt id quod μεσιτης εἷς, praeſertim ſi, cum Koppio, ad ἑνος ſupplendum ſit νομε. Quare illa potius ita ſunt intelligenda: μεσιτης ἑνος quoad ſenſum idem eſt, quod μεσιτης εἷς. Haec omnia bene audiuntur, quamquam clare probent μεσιτην non quemcunque mediatorem, ſed Moſen eſſe intelligendum. Quae vero his addit vir beatus, in uberiorem explicationem, ea cum praecedentibus nullo modo poſſum conciliare; quare magnum Homerum dormitaſſe cenſeo. Monet enim, εἷς in utroque membro poſitum eſſe pro ὁ αὐτος, atque omnem locum ita reſolvendum ait: „ει δε και ὁ μεσιτης ουκ εστιν ἑνος (εἷς, ὁ αὐτος) ὁ δε θεος εἷς εστιν. Quid vero, vertamne haec ita: ſi vel maxime μεσιτης (Moſes profecto) non eſt unus ac ſolus μεσιτης, Deus tamen eſt unus ac ſolus? minime. Nam primum non quaeritur, utrum plures mediatores a Deo conſtituti locum ſimul habere poſſunt, ſed utrum alter alterum, poſterior priorem (Chriſtus Moſen) tollere poſſit; ac deinde b. Koppius ipſe θεον ἑνα, τον αὐτον per eum interpretatur, „qui ſibi conſtare debet, nec poteſt ſecum ipſe pugnare." Quare reſoluta illa formula: ει δε και ὁ μεσιτης οὐκ ἐστιν ὁ αὐτος, ὁ δε θεος ἐστιν ὁ αυτος, verborum ſtructura urgente, ita erit vertenda: ſi vel maxime μεσιτης ſibi non conſtat, Deus tamen ſibi conſtat, i. e. accommodate ad locum noſtrum: ſi vel maxime Moſis μεσιτα inſtitutum ruit, Deus tamen ſibi conſtat, et ſervat promiſſa Abrahamo data. Qui vero hanc interpretationem loci cum illa priori conciliare poteſt, ſit mihi alter Apollo. Viro egregio, luſtratis tam variis loci hujus interpretationibus, in ſua exponenda, multas animo obverſatas fuiſſe, et ab una in alteram mentis fraude ipſum incidiſſe opinor.

§. 116. Denique nec ipſa verborum ὁ δε μεσιτης ἑνος ουκ ἐστι, interpretatio ſeſe commendare videtur, nec Gableri, Langii et Hanii tulit plauſum. Gablerus enim V. S. V. *l)* de hac interpretatione dicit: „Paulo, ſi hunc ſen-

l) l. cit. pag. 5.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

„ſum voluiſſet exprimere, non ſcribendum fuiſſe: ὁ δὲ „μεσιτης ἑνος οὐκ ἐστι, ſed potius: ἀλλ' οὐκ ἑνος μονου μεσιτης ἐστι, „ut omiſſo articulo ὁ ante μεσιτης, vocula κατὰ ΕΝΟΣ prae-„poneretur, addita etiam, perſpicuitatis cauſa, voce μονος". Nec negari poteſt, faciliorem fore illam interpretationem, ſi ita Paulus ſcripſiſſet, ac duriorem eam eſſe, ſi ex iis eam eruis verbis, quae jam ſunt Pauli. Verba enim ὁ δε μ. ἑνος νομου οὐκ εστι, vix poſſunt verti: jam quidem non νομῳ Moſis tantum ſuus eſt μεσιτης, cum in verbis non inſit, quod ad illud pronomen, ſuus μεσιτης, addendum ſuadeat, in quo tamen ſumma interpretationis illius vis latet. Durior deinde quoque ſenſus videtur, quem tribuit verbis οὐκ εστιν ἑνος ſcil. νομου, nec ullum hujus uſus formulae iſtius exemplum attulit. Denique ſi vel maxime Koppius ad ἑνος ſuppleri cenſet νομου, ipſa ejus explicatio ita tamen eſt comparata, ut vis illius vocabuli ἑνος ad μεσιτην potius quam νομον redeat, atque facilior ad iſtum ſenſum pateret aditus, ſi verba ita poſſent reſolvi: ὁ δε μεσιτης (Moſes) κατα εστι ἑνὸς μεσιτης νομου, ſed plures fuerunt μεσιται νομων plurium, cum ex Koppiana verborum reſolvendorum ratione: ille μεσιτης non eſt μεσιτης ἑνος tantum νομου, (et νομος e v. 19. eſt lex Moſaica) hoc potius concludendum foret: ſed ille μεσιτης eſt quoque μεσιτης alius νομου, vel plurium. Me hoc non temere monere, ſed ipſum Koppium bene hoc quoque ſenſiſſe, inde patet, quod ipſe dicat: μεσιτης ΕΝΟΣ idem eſſe, quod μεσιτης ΕΙΣ.

Haec vero fuerunt, quae de b. Koppii nobili interpretatione monenda habui, quae non ſolum ob auctorem ejus celebrem tam copioſe expoſui, ſed et quod videram, reliquos hujus interpretationis judices, tam levi pede eam tranſiliuiſſe, ut multa, quae minus probanda mihi videbantur, ne tangerent quidem. Saepius quidem haeſi metuens, ne injuriam fortaſſe facerem viro beato; omnibus vero ſaepius perpenſis, illud, quod tuli, judicium de ejus interpretatione vere eſſe ferendum cenſui.

§. 117. Ne vero quis hanc Koppii interpretationem plane novam habeat, Cameronis et Clericí addam ſententiam, e quibus, paucis mutatis, tota illa promanat.

Camero enim haec de loco noſtro habet *m*): „Quia „mirum videri potuit, ſi alius eſſet mediator, quam me-

m) Crit. ſacr. Tom. VII. col. 43.

„diator evangelii Chriſtus, ut ne hoc mirum videatur,
„monet Apoſtolus *Mediatorem non eſſe unius tantum*, ſed
„et alterius foederis: itaque illud ἑνος neutrius eſt generis
„non maſculini. Deinde, quia videbantur iſta pugnan-
„tia, ut Mediator non ſit unius foederis, et quod con-
„ſequens eſt, ut non ſit unum foedus, monet Apoſtolus,
„illa optime inter ſe quadrare, quia *Deus unus eſt*, unum
„eundem ſcopum conſtituit in utriusque foederis pa-
„ctione: nam *finis legis eſt Chriſtus in juſtitiam omni*
„*credenti*."

§. 118. Ex his itaque adparet, *Cameronem* e verbis noſtris probare voluiſſe, Moſen et Chriſtum, ſive legem et evangelium ſibi non repugnare, quia utriusque unus Deus auctor ſit, qui unum eundemque ſcopum conſtituerit in utriusque foederis pactione, legis enim finem eſſe Chriſtum in juſtitiam omni credenti. Quae pie quidem monita dubito an loco noſtro apte dicta videantur, cum Apoſtolus ipſe, legem παραβασεων χαριν latam eſſe, antea dixiſſet, atque νομικ ac πιστεως longe diverſiſſimam rationem per totum locum perſecutus fuiſſet. Nec Apoſtoli lectoribus offenſioni eſſe potuit, Moſen μεσιτην audire, cum nota ſatis haec fuerit res. Quod vero vocabulum neutrius generis Camero ad ἑνος cogitando addiderit, ut reſpondeat ſuppleto: foederis, ignoro. Denique et haec, ſi fuiſſet Apoſtoli ſententia, adverſariis novam legis defendendae praebuiſſet anſam, quippe idem ei ſcopus ſit, qui eſt evangelio.

§. 119. Propius ad Koppium accedit, vel, ut rectius dicam, idem cum illo habet Clericus *n*) ita de commate noſtro exponens: „videtur parentheſi debere inclu-
„di, nam v. 21. cum 19. manifeſto eſt conjunctus, adeo
„ut ſit hic veluti digreſſio, in qua, ex occaſione vocis
„μεσιτε, Paulus obiter monet Galatas, non unum eſſe
„foederum a Deo cum hominibus contractorum mediato-
„rem, quamvis Deus ſit unus. Voces ἑνος δε ουκ ἐστι: ſignificant *unus non eſt*, ut colligere eſt ex oppoſito membro,

n) N. T. ex verſ. vulg. cum paraphr. et annotat. Henrici Hammondi, ex anglica ling. in lat. transtulit, ſuisque animadverſionibus illuſtravit Jo. Clericus. Amſtel. 1700. Tom. II. p. 177.

„*Deus vero unus est;* quamvis proprie ſonet *unius non* „*eſt*, et ſubintelligatur πραγματος ητοι ἐπαγγελια aut ſimile „quid. Perinde eſt ac ſi diceret Paulus: Mediatorem „dixi fuiſſe inter Deum et veteres Hebraeos, quia licet „unus idemque ſit Deus, *non unius* evangelii ſingularem „conſtituit mediatorem, ſed etiam Legis, nimirum Mo„ſen. Quod eodem recedit, ac ſi Paulus dixiſſet, *non* „*unus eſt mediator.*“

Alio loco *o*) de conſilio Apoſtoli in commate noſtro dicit: „C'eſt (v. 20.) une parentheſe, dans la quelle S. „Paul ſ'explique, de peur qu'on ne ſe trompât ſur le Me„diateur, dont il venoit de parler, ou qu'on ne crût, „qu'il entendit Jeſus Chriſt.“

§. 120. Abſtineo a dijudicanda hac interpretatione, eadem enim repetenda eſſent, quae de Koppiana abunde monuimus, quare et ad illam ablegamus, qui hujus et Cameronis ſententiae deſideraverit examinis momenta.

§. 121. Bahrdtii *p*) loci noſtri interpretatio: „*Denn jede Religion, auch die alte, hat ihren* „*Mittler, obgleich eben derſelbe Gott es iſt,* „*in deſſen Namen beyde handeln*,“ prorſus cum Koppiana illa conſpirat, niſi quod verſum noſtrum in parentheſi ponat, quem Koppius arctiſſime cum praecedentibus et ſequentibus conjungit. Quare non eſt, quod ſingulatim de hac dicamus, cum ea, quae de Koppii ſententia ſupra monuimus, et in hanc cadant.

§. 122. Hezelius *q*) porro duplicem exhibuit loci noſtri explicationem, quarum prior multa cum Koppiana habet communia, haec ſcil. „*Moſes ſollte nicht* „*Stifter einer Religion allein bleiben, oder* „*die Moſaiſche Religion ſollte, ihrer Abſicht nach, gar*

o) Le Nouveau Teſt. — avec les Remarques par Jean le Clerc. Amſtel. 1703. 4. Tom. II. p. 199.

p) *Das N. T. oder die neuen Belehrungen Gottes durch Jeſum und ſeine Apoſtel von D. C. F. Bahrdt*, P. II. edit. III. ad. l. n. 710.

q) *Schriftforſcher 2 Bd. 1 St. Gieſſen 1792.*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

„*nicht die einzige und ewige Religion der Welt seyn oder*
„*es werden. Gott aber bleibt dabey ebender-*
„*selbe, sich vollkommen gleich, unveränderlich. Es war*
„*nämlich vom Anfang an seine Absicht, dass nur die Mo-*
„*saische oder christliche Religion, die Religion der Welt*
„*seyn sollte, wann er also die jüdische Interims Religion*
„*wieder aufhob, so widerspricht er sich dadurch im ge-*
„*ringsten nicht. Diese gehört ja sichtbar zu seinem ei-*
„*gentlichen Plan.*“

§. 123. Ex his adparet, *Hezelium* V. S. R. μεσιτην de Mose intellexisse, et ad ἑνος aeque cum Koppio νομε suppleviſſe, ac ἑνα θεον vertisse, Deum unum eundemque, constantem sibi, immutabilem. Quae quippe eadem sunt, quae supra examinavimus, repetere ea non juvat. Liberius vero vertit Hezelius μεσιτην per *Stifter*, cum non auctorem et conditorem religiose instituti significet, sed eum, cujus opera mediatoria religiose institutum, a Deo profectum, hominibus traditum et patefactum est. Caeterum haec interpretatio membra commatis nostri tractat ut sibi invicem oppositа, quae per se non sunt. Quodsi enim cum Hezelio prius membrum intelligo: *die Mosaische Religion sollte, ihrer Absicht nach, gar nicht die einzige und ewige Religion der Welt seyn oder es werden*, ex oppositionis lege sequi debuisset: religio vero christiana ex Dei voluntate universalis et sempiterna esse debet, quae Hezelius cogitando addit. Sed dubito, num caput rei recte cogitando addatur. Denique et omnis illa expositio, ex meo quidem sensu, nimis nostrae aetatis philosophandi rationem redolere videtur.

§. 124. Ex altera, quam Hezelius proposuit sensus constituendi rationem, μεσιτης quoque est Moses, et ad ενος supplendum νομε, Moses mediator legis Mosaicae, quae idem valere dicit, quod νομος simpliciter, i e. religio Mosaica, et αν εστι vertit, sublata est: „*die erstere,*
„*Mosaische Religion ist aufgehoben, gilt nicht*
„*mehr.*“

§. 225. Sed durum jam est, μεσιτην ἑνος scl. νομε vertere: religionem Mosaicam, cum h. l. vocabulum μεσιτης ex industria positum videatur. Durius vero adhuc est, verba αν αιρω vertere: tollere, evertere, vi et auctoritate

privare. Nam ἐκ εἶναι, ex uſu verbi εἶναι pro βιῶ, ζῶ, ſemper eſt mortuum, peremtum, ſublatum e vivis eſſe, quod adparet e locis Mth. II, 18. Geneſ. XLII, 36. coll. XLIV, 20. Pſl. XXXVII, 36. XXXIX, 14. et Rom. IV, 17. nunquam vero, quantum equidem ſcio, eo ſenſu occurrit, quem Hezelius in noſtro loco ei tribuit, ut ſcil. ſit, vim et autotoritatem alicui derogare. Quodſi itaque formulae ἐκ ἑνὸς iſta vis, quam alibi obtinet, et noſtro loco eſſet, ita vertendum foret: ille vero Moſes, mediator unius legis Judaicae, mortuus eſt. Sed me non monente adparet, quam jejuna ac languens haec eſſet ſententia, et quam parum apta ad conſilium Apoſtoli comprobandum, cum Moſes diu ante Chriſtum et Paulum mortuus eſſet, et ejus mediatoris inſtitutio voluntate Dei, vi ſua vigeret. Hezelium commodo, quem praebet iſta interpretatio ſenſum, adductum et deceptum fuiſſe opinor, ut formulae ἐκ ἑνὸς, iſtam inferret vim.

§. 126. Hanius r) copioſam loci noſtri ſtruxit interpretationem, quae per ſe ſpectata, optimum quidem et Apoſtoli conſilio maxime accommodatum praebet ſenſum, multam vero dubitandi excitat materiam, ſi de grammatica ejus veritate quaeſiveris. Μεσίτην quidem Moſen intelligit, et ad ἑνὸς cum reliquis νομὸς ſupplendum cenſet, ſed in conſtituenda ſignificatione τοῦ ἑνὸς multum a reliquis omnibus diſcedit. „Εἷς *bedeutet ſo wie* אֶחָד *nicht* „*nur* unus, *ſondern* univerſus, communis. *Daher es denn* „*ſo viel iſt, als ein und ebenderſelbe*, (idem, unus „idemque)." E Malach. II, 10. Rom. III, 29, 30. X, 12. 1. Tim. II, 5. Ephſ. IV, 5. 6. hunc verbi εἷς uſum probare ſtudet, et εἷς θεὸς nihil aliud ſignificare poſſe contendit, quam „*Gott iſt ein gemeinſchaftlicher, ein Univerſal-* „*Gott, keinesweges ein Particulair- ein National-Gott,* „*ſondern ein Gott aller Menſchen.*" Quibus expoſitis ita pergit: „*es wird auch dem* ἑνὸς ſcilicet νομῷ *ebendieſelbe* „*Bedeutung beygelegt werden müſſen. Denn wenn* εἷς Κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα *geſagt werden konnte, und* εἷς „*hier durchgehends gemeinſchaftlich heiſst; ſo* „*konnte auch eben ſo gut* εἷς νομὸς *geſagt werden, d. i.*

r) *Schrifterklärungen. Erſte Fortſetzung von P. H. Hase, Prediger in Wooſten.* Schwr. 1790. pag 43—56.

„*ein gemeingeltendes, gemeinverbindendes Geſetz.*“ Exod. XII, 49. Multis deinde de notione μεσιτης expoſitis, et variis argumentis allatis, μεσιτην noſtro in verſu eſſe Moſen, hanc loci noſtri exhibet verſionem: s) „*Der Promulgator (d. i. Moſes) iſt keinesweges „der Promulgator eines allgemeingeltenden Geſetzes. „Gott aber iſt Gott aller Menſchen.*“

§. 127. At vero quis ferat in hac interpretatione εἷς νομος vertere: *ein allgemeingeltendes Geſetz?* Verum quidem eſt, εἷς in illis ab Hanio allatis locis ſignificare unum eundemque, ſed vidimus quoque alio loco (§. 40.) longe diverſam eſſe illorum locorum rationem, nec juſtum inde peti poſſe argumentum pro noſtro loco. Nam εἷς κυριος, μια πιστις et ἓν βαπτισμα rectius vertuntur unus idemque Dominus etc. quam Dominus communis *gemeinſchaftlich*, quae ſane differunt, cum *communis* potius ad uſum ſpectet, quem plures ex una hauriunt re, *unus idemque* vero conſilium potius, cui res deſtinata eſt, involvat. Ita et in Exod. XII, תּוֹרָה אֶחָת νομος εἷς non tam eſt lex omnes ligans, (*ein gemein verpflichtendes Geſetz*) quam lex una eademque, quae non alia ab his, alia ab aliis poſtulat. In ſingulis quidem locis haec diſquiſitio ad ſpinoſas et lubricas obſervationes redire videtur, cum ſignificatio et ſenſus vocis nimis arcte confluant, et facillime commiſceantur, quarum vero vocum vis ſatis in oculos incurrit, ſi quis audit, ἑνα νομον eſſe legem omnibus ſcriptam, omnes ubique ligantem, „*ein allgemeingeltendes Geſetz.*“

§. 128. Deinde quoque, quod praecipue ponderandum eſt, nec iſta ab Hanio τα νομικα ενος adſtructa ratio, ad ea bene quadrat, quae Apoſtolus in proxime praecedentibus, et ſequentibus, quibus arctiſſime juncta haec referuntur, tractavit. Commate enim 19. legem Moſ. ex ea ſpectat parte, qua non in omne tempus ſit duratura et vim ſuam elatura; atque eadem vis eſt in verbis v. 21. ὁ ουν νομος κατα των επαγγελιων του θεου; Lex enim Moſ. propterea promiſſioni non eſt contraria, quia illa non in omne tempus erat duratura, ſed αχρις οὗ ἐλθη το σπερμα (Chriſtus) ᾧ ἐπηγγελται, haec vero in aeternam auctorita-

s) pag. 51.

tem erat deſtinata, quae per Chriſtum potiſſimum vigere coepit, quippe ad hunc ſpectat promiſſio. Nam quoad numerum eorum, quibus ſcripta eſt lex et data promiſſio, neutra differt, non enim omnibus omnino ſcripta illa eſt, ſed Judaeis modo, nec omnibus omnino data haec eſt, ſed iis modo, qui Abrahamo fide ſimiles ſunt. Ex hac itaque parte neutrum inſtitutum commune et univerſale (*allgemeinverbindend*) dici poteſt. Iſta vero Hanii interpretatio ἑνος νομε nullam temporis rationem habet, ſed ad eorum numerum ſolum ſpectat, quibus ſcripta ſit, non autem quo uſque illi ea teneri debeant. Quodſi Apoſtolus ipſe clariſſimis verbis hanc neglexiſſet concinnitatem, et ipſe ex argumento delapſus fuiſſet, non magni ſane eſſet facienda iſta negligentia; magni vero ea eſt momenti, in loci difficilis tam ingenioſa et artificioſa explicatione, ubi ejusmodi negligentiae nota in interpretem cadit, et multum ſententiae ſuae detrahit. Nec denique haec interpretatio ob ancipitem, quam legis defenſori ſaltem relinquere poterat, excuſationem, ſatis probatur, qui ſane ad extremum concedere poterat, legem Moſ. non omnibus fuiſſe ſcriptam, et nihilominus tamen contendere, chriſtianis ad minimum e Judaeis ſua adhuc valere et praecipere vi.

Quae reliqua contra hanc interpretationem proferri poſſunt, in variis aliorum interpretationibus paſſim jam obſervata ſunt.

§. 129. Jam ad quintam interpretandi pervenimus rationem, quae μεσιτην Moſen quidem cum reliquis intelligit, *ad* ἑνος *vero* πραγματος *addit, et* εἷς θεος *per* ὁ αὐτος *explicat*, quam *Strohtius* prae caeteris exornavit, ac nuperrime *Gablerus*, quibus *Schultius* additur.

§. 130. Strohtius *t*) einim ita locum noſtrum vertit: „*Des Mittlers Geſchäft aber bezog „ſich nicht auf den einigen und nemlichen „Zweck Gottes, den doch Gott, der heute „nicht anders iſt als geſtern, nicht aufheben*

t) *Repertorium für bibl. und morgenländiſche Litteratur*. Pars. 4. 1779. p. 53.

„kain." Cui verſioni in nota ſubjecta haec addit: „*Ich „verſtehe* ἑνος *von keiner Perſon, ſondern denke mir dabey „*πραγματος. *Da* εἷς *bey* θεος *nichts anders bedeuten kann, „als* ὁ αυτος, *Einer und ebenderſelbe, unveränder- „lich: folglich heiſst* ἑνος *in der andern Redensart eben ſo „viel, als* τα αὐτα. *Da ferner Gott* ὁ αὐτος *in Beziehung „auf die* ἐπαγγελίαν *genannt wird, die er gegeben, und „wobey er gewiſs bleiben wird, ſo muſs ſich auch das „*τα αὐτα, *wofür hier* ἑνος *ſteht, auf eben dieſe* ἐπαγγελιαν *„beziehen, und alſo ſo viel heiſſen, als* ὁ δε, μεσιτης ταυτης *„*της ἐπαγγελιας οὐκ ἔστι. *Da Moſes Amt alſo nicht auf eben „den Zweck gieng, ſagt der Apoſtel, wohin die Verheiſ- „ſung, wohin das Chriſtenthum führen ſollte; und Gott, „der ſich immer gleich bleibt, doch dieſen Zweck nicht „aus den Augen ſetzen wollte, ſo läſst ſich auch nicht „denken, daſs das durch Moſen gegebene Geſetz, das „durch ihn geſtiftete Judenthum, die Abraham gegebene „Verheiſſung Gottes aufheben ſollte. Sondern das Geſetz „wurde um einer andern Abſicht gegeben,* των παραβασεων „χαριν, *und Moſes war alſo* μεσιτης ἑτερα τινος, ἀ ταὐτα, „*oder* ἑνος."

§. 131. Hanc interpretationem bene loci conſilio convenire et magni ingenii acumine fulgere, auctoris nomen jam ſpondet, ac accuratior ejus perluſtratio confirmat. Nec tamen iis caret, quae ejus plauſum retinent meum, quaeque libere profitenda ſunt

Primum quidem quemcumque offenſum iri cenſeo, qui verba ὁ δε μεσιτης ἑνος οὐκ ἔστι, ita expoſita audit: negotium Moſis mediatoris non ad idem conſilium divinum ſpectabat, quod in promiſſione Abrahamitica eſt. Quare videndum erit, quomodo ad hanc ſenſus definitionem venerit. Initium facit a faciliori poſteriori membro, atque ut certum atque convictum ponit, θεος εἷς eſſe i. q. θεος ὁ αυτος, Deus unus idemque, immutabilis, quia non veriſimile ſit, Paulum juſta ſine cauſa, unitatem divinam docere potuiſſe. At vero, antequam vocabulo εἷς impropria magis tribueretur notio, videndum antea fuiſſet, annon propriam ſuam vim retinere et commodum praebere potuiſſet ſenſum; quod ſane ita videtur, nulla urgente neceſſitate θεον ἑνα de Deo uno ratione eſſentiae interpretari. Εἷς vero a Strohtio per ὁ αὐτος, i. e. immu-

tabilis interpretato, et ad ἐπαγγελιαν, cujus consilium immutabilis persequatur Deus, relato, facile eandem notionem ac rationem voci ας et in priori commatis nostri membro tribuere poterat. Jam vero verba illa e Strohtii sententia ita resolvenda sunt: ὁ δε μεσιτης (Moses) ουκ εστι (scil. μεσιτης) του αυτου πραγματος i. e. επαγγελιας i. e. Moses mediator non est mediator immutabilis negotii scil. promissionis. Quae quidem per se spectata minus commode dicta sunt, cum constet, Mosen in promissione, quae nullo egebat, sed in lege ferenda mediatorem fuisse. Quare flectenda aut torquenda paululum, et ad consilium Dei in promissione exhibenda referenda erant, quod in lege longe aliud fuit. At quo jure? Jam vero hac ratione vocabulum εἷς in ενος ουκ εστι eam amittit notionem, quam ei adstruxerat in verbis εἷς θεος, scil. non immutabilem, sed eundem significat, idem consilium, *auf den nemlichen Zweck*. Id quod Strohtius aeque sensisse ac iudicasse videtur, priori loci nostri membro ita resoluto: ὁ δε, μεσιτης ταυτης της επαγγελιας ουκ εστι, ubi ταυτης vel relativam vel demonstrativam, quam dicunt, vim habeat necesse est, et id confirmat, quod supra monuimus de minus commoda hac sententia et explicandi ratione. Fluctuans itaque haec vocabuli εἷς definitio ipsam inde structam interpretationem parum reddit commendabilem.

Nec profecto pauca sunt, quae ex hac interpretatione cogitando addenda sunt, si vim ejus plenam intelligere vis ac percipere, quo aeque ac nimio ingenii et artis, quem ea redolet, usu ex meo quidem sensu, improbatur.

§. 132. Iterato studio nuperrime S. V. Gablerus superioribus suis relictis interpretationibus, novam proposuit *u*), quae Strohtianae propius accedit. Fecit hoc non solum ingenii acumine, quo in omni conspicuus est labore, sed et ea humanitate, quae eruditioni profundae semper juncta reperitur, atque superbiam tollit, qua alii unice veram loci difficillimi medicinam attulisse nostra aetate arroganter satis mentiti sunt, quaeque mihi animum

u) cfr. ejus *Neueſtes theol. Journal.* Tom III. Part. IV. *Neuer Verſuch über* Gal. III, 20 P. 341 — 361.

fecit, meum de ejus interpretatione qualecunque afferre judicium.

Paulina argumentatione egregie expoſita *x*), ubi tamen, dubito an recte, conſtituta jam loci noſtri interpretatio ſaepius vim ſuam exſeruit, et quod erat probandum ut probatum jam argumentationi inſervivit, hanc ſententiam commati noſtro ineſſe dicit *y*): *Das veränderliche Moſaiſche Geſetz kann die Verheiſſungen des Unveränderlichen nicht aufheben*" praecedentibus aeque ac ſequentibus optime convenientem. Certum eſſe dicit, ὁ θεος ἐις ἐστι ſignificare: Deus eſt ſemper idem, ſibi conſtans, immutabilis. „*Wenn alſo*, pergit *z*), ἐις *bey* ὁ θεος *unveränderlich bedeutet, was iſt natürlicher, als daſs das* ἑνος *bey* ὁ δε μεσιτης *in dem erſten Satze deſſelben Verſes in derſelben Bedeutung von Unveränderlichkeit genommen werde.*" *Nun kann* ὁ δε μεσιτης *für* ἑτος δε μεσιτης *ſtehen und auf Moſes* (v. 19.) *gezogen werden; und daſs* ἐστι *öfters für* ἦν *geſetzt wird, um nur das Vergangene zu vergegenwärtigen, iſt bekannt. Demnach wäre der Sinn der Stelle folgender: Dieſer* (Moſes v. 19.) *aber war nicht ein Mittler von etwas Unveränderlichem; Gott aber iſt unveränderlich. Wie kann alſo, fährt der Apoſtel fort* v. 21., *das* (veränderliche, *nicht ewig gültige*) *Moſaiſche Geſetz die* (unveränderlichen) *Verheiſſungen Gottes* (*der ſich immer gleich bleibet*) *aufheben?*" De ἑνος monet, venire a neutro ἑν, i. q. το αυτο, quod ſibi conſtat. „*Und will man ja etwas ergänzen, ſo wäre es wohl* πραγμα — *eine unveränderliche Sache. Aber alles das ſcheint unnöthig zu ſeyn; denn die Neutra haben ja* vim ſubſtantivi: ἑν, *unum*, ſibi conſtans, *etwas bleibendes und unveränderliches.*"

§. 133. Hanc *Gableri* interpretationem orationi Paulinae optime convenire, eamque et ob unam eandemque, quam in utroque membro vocabulo ἐις tribuit ſignificatio-

x) pag. 344 — 348.

y) pag. 349.

z) pag. 350.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

nem, et ob cogitando addenda, quibus caret, maxime commendabilem esse, nemo non videt. Quo minus vero ei assentior, quatuor potissimum impediunt rationes. Primum enim Graeci, adjectivorum neutra substantive ponentes, constanter articulum iis addunt, sine articulo non memini me adjectivi neutrum loco substantivi legere *a*). Deinde ipsi Gablero durius visum est, voci ἓν pro τὸ αὐτὸ tribuere notionem constantiae et immutabilitatis, cum ex hoc usu modo significet unum idemque *b*). Quare quoque ad finem parum abest, quin Harrasii sententiam (vid. §. 175.) ad hanc observationem mutatam, probet et suae fere praeferat. Tum haec quoque interpretatio lectorem cogit in ultimis verbis: „*Gott aber ist unveränder-*„*lich*," non ad legem a Deo latam et Mosen, de quibus prius commatis nostri agit membrum, sed ad promissionem Abrahamiticam respicere; cujus rationis in interpretis arbitrio omnem, in verbis vero nullam reprehendo causam. Denique ex hac interpretandi ratione comma nostrum nihil continet, quod v. 19. non clarius dictum erat. Cum enim Apostolus ibi diceret, legem promissioni additam esse usque ad illud tempus, quo venturum sit σπέρμα illud promissum, Christus, non solum docuit, legem non esse perennem, constantem et immutabilem, sed clarius quoque id docuit, adjecto temporis spatio, quousque duratura sit. Clarius vero effatum nemo facile obscuriore illustrare solet.

§. 134. His addamus ea, quae nuperrime Schultius *c*) philosophus non grammaticus, ad rectum ac verum loci nostri sensum constituendum sudavit, ex parte saltem cum Strohtio congrua. Brevissimam ac verissimam viam habet, μεσίτης de titulo Mosis, v. 19. ei jam tributo intelligere, ita exponens mentem suam: „*Dieser Mitt-*„*ler ist nicht, oder war nicht dazu bestimmt,*„*oder dazu fähig, ein einfaches Geschäft —*„*die christliche Religion — zu bewirken*, qua

a) cfr. Vigerus de Idiotis. gr. l. Cap. III. Sec. II. p. m. 35 seq.

b) l. cit. p. 353 seq.

c) *Noch etwas über* Gal. III, 20. *von M. I. D. Schulze*, cfr. *Neue theol. Blätter, herausgegeben von Augusti*, Tom. I. fascil. 2. p. 45.

„*Mittler mußte er dazu bestimmt seyn, das Mißverständ-*
„*nis zwischen Gott und dem Volke aufzuheben. — Viel-*
„*leicht könnte der ganze Vers als Beantwortung eines*
„*möglichen Einwandes betrachtet werden. Man könnte*
„*nämlich dem Paulus einwenden: sollte nicht schon Moses*
„*das realisirt haben, was Gott einst dem Abraham ver-*
„*sprach? — Mit nichten, antwortet Paulus, Moses*
„*als Mittler konnte nur thun, was für den Mittler gehört;*
„*für dieses Geschäft, das auf Einheit hin führt, man*
„*betrachte es seiner Natur und Veranlassung nach, oder*
„*von Seiten Gottes, war er nicht nöthig, — Man sieht*
„*aus dieser Darstellung, dass es einerley ist, ob man bey*
„*ενος mit einigen πραγματος oder mit andern ανθρωπε und*
„*dergleichen supplirt, und dass alles auf den Zusammen-*
„*hang ankommt.*“

§. 135. At vero luculenter quoque adparet ex hac (sit venia verbo) interpretatione, philosophorum nostrae aetatis libros sacros interpretandi rationem, e quolibet loco eam inferendo, proferre posse sententiam, quae antea jam unice scilicet vera ipsis arriserat. Nova enim quisque audit, εν πραγμα esse negotium simplex, religionem christianam, quae simpliciſſima dici potest, sive respicias ejus indolem ac naturam, sive causam, quare prolata est, sive Deum qui eam exhibuit. Veriſſima quidem haec sunt philosophi dicta, vellem modo interpres grammaticus uno saltem loco probasset, Apostolis ἓν πραγμα, i. e. religionem christianam, ἑνα πιστιν, eo sensu simplex fuisse institutum, quo auctori clariſſ. fuit. Nec sane ullus dubitabit, Mosen simplex hoc negotium, religionem christianam, proferre ac gignere (*bewirken*) non potuisse. Deinde nec facile quis Apostolum ad novam versu nostro objectionem tollendam incidisse dicet, quam praecedentibus satis jam tollere studuit, cum doceret, neminem εξ νομε Deo posse probari, ac felicitatem promissam consequi. Quomodo denique Schultius dicere potuerit, idem esse, utrum ad ενος cogitando addatur πραγματος aut ἀνθρωπε, intelligitur ex ea interpretandi ratione, quae ex verbis maxime diversis eundem tamen sensum eruere docuit. Ego saltem non video, quomodo quis ad eundem venire posset sensum, quem hic expositum legimus, ad ενος suppleto ανθρωπε. Delectentur lectores egregio hoc philosophicae scilicet interpretationis exemplo.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

§. 136. Ad ſextum jam interpretum numerum ſe flectit examen noſtrum, conſentientem quidem in omnibus fere cum proxime praecedentibus, niſi quod ad ἑνὸς non πραγματος, ſed potius θεὸς *ſupplendum eſſe* contendant. E quorum numero *Bengelius*, *Hempelius*, *Deylingius* et *Moellerus* praecipue inclaruerunt, de quorum interpretationibus ſingulatim jam nobis dicendum erit.

§. 137. Bengelius *d*) articulo ὁ in fronte commatis relativam tribuit vim, ac μεσιτην Moſen intelligit. Ad haec obſervat: „Medius terminus in ſyllogiſmo, cujus „ἑνὸς major propoſitio et minor exprimitur, concluſio ſub„auditur. *Unus non utitur mediatore illo:* (id eſt, quis„quis eſt unus, is non, prius, ſine mediatore, deinde „idem per mediatorem agit;) atqui *Deus eſt unus.* Ergo „Deus non prius ſine mediatore, deinde per mediato„rem egit. Ergo is, cujus erat mediator, non eſt unus „idemque cum Deo, ſed diverſus a Deo, nempe ὁ νομος, „lex. *Deus autem unus eſt:* Non eſt alius Deus ante „legem, alius deinceps, ſed unus idemque Deus. Ante „legem egit ſine mediatore; ergo mediator Sinaiticus non „eſt Dei, ſed legis; Dei autem, promiſſio.“

§. 138. Primum videndum eſt, quo argumento iſta ad ἑνὸς θεὸς ſupplendi ratio nitatur? Jam vero grammatica nulla adeſſe videtur ratio, qua illud ſupplementum commendetur, cum verba illa: mediator non eſt unius, Deus vero unus eſt, profecto non contineant, quod in ἑνὸς ad Deum unum reſpici jubeat, ſed ſatis clare potius lectorem moneant, ἑνὸς et εἰς θεὸς ad aliud quoddam ſpectare, quod ad verba omiſſum eſt. Omnis itaque hujus ſupplementi vis et auctoritas e ſenſu apto et commodo, quem loco noſtro adſtruit, aeſtimanda erit; cujus argumenti pondus ex examine ipſo jam inſtituendo ſponte erit proditurum.

§. 139. At vero quis feret Bengelii interpretationem: Moſes non eſt mediator unius Dei, ſed legis? Quid hoc ſibi velit, Moſen non eſſe Dei, ſed legis mediatorem? non intelligo. Nonne lex fuit id, quod Moſes mediator

d) D. Jo. Alb. Bengelii Gnomon Novi Teſt. Edt. ſecunda. Tub. 1759. ad h. l. pag. 834.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Deum inter et Iſraelitas conſtituit? Poteſtne legi mediator tribui, niſi et tribuatur illi, qui legem conſtituit? Nonne porro lex eſt Dei? Quodſi ergo Moſes legis fuit, fuit quoque Dei. Sed quorſum haec Bengelius diſputavit? Timuit Deum inconſtantiae reum facere, ſi ipſum antea ſine mediatore, poſtea vero per mediatorem egiſſe concederet. At vero pendetne Dei in operibus ſuis conſtantia ab inſtrumento, quo hic uſus eſt, illic non? „Quis tandem oſtendere poteſt, notionem μεσιτ̃ involvere „operis ejusdem, quod ſine μεσιτῃ inchoatum erat, aboli„tionem, aut certe mutationem quandam? Nonne potuit „Deus, quod olim ſine μεσιτῃ promiſerat, id ipſum ſine „ulla aut diminutione, aut conditionis adjectione, per „μεσιτην dare? Quonam igitur modo hoc e conſtantia Dei „ſequitur, quia promiſſio ſine μεσιτῃ data ſit, ergo neque „in eventu ejus μεσιτην locum habere poſſe.“ Haec ſunt

§. 140. b. Hempelii verba *e*), quibus ſuam, in multis cum Bengeliana congruam, diverſam vero quoque comprobavit interpretationem. Ipſe quidem per μεσιτην intelligit Moſen *f*) ad ἑνος ſupplet θεȣ *g*) et θεον ἑνα dicit „conſtantem, non diſſidentem a ſe ipſo, ſemper eundem, „qui quod ſemel dixit ſanxitque, id nec abrogat nec mu„tat,“ *h*) ſed alium tamen verborum ὁ δε μεσιτης ἑνος ȣκ ες̃ι ſenſum hunc eſſe dicit: *i*) *Hocce* μεσιτῃ (Moſe) *Deus im„mutabilis et ſibi utique conſtans non potuit uti*, ſcil. in „praeſtandis iis, quae Abrahamo promiſerat. Cur vero? „Quia hic μεσιτης omnia alia egit, quam quae promiſſis „illis ſatis facerent. Id quod partim ex ipſius Moſis, di„ctorumque factorum et inſtitutorum ejus conſideratione, „partim ex ejusdem cum Chriſto, N. T. μεσιτῃ, compa„ratione manifeſtum eſt.“

§. 141. Ex his itaque adparet, Hempelium id ex indole et natura moſaicarum legum probaſſe, quod Bengelius ex ſolo interventu μεσιτȣ demonſtrare voluit; quo Hempelium melius egiſſe, quisque facile intelliget. Quam-

e) D. Ern. Guil. Hempelii Program. in Gal. III, 20. Lipſ. 1797. pag. 11.

f) p. 7.

g) pag. 11. in not.

h) pag. 8 et 9.

i) pag. 12 et 13.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

quam veriſſimum ſit, totum Moſis inſtitutum non ita fuiſſe comparatum, ut aſſeclas ſuas felicitatis promiſſae participes reddere potuiſſet, dubito tamen, et noſtro in loco id verum eſſe, i. e. hoc verbis illis reapſe ineſſe. Satis enim multa addenda et plura flectenda atque torquenda ſunt, antequam e verbis noſtris ad illam ſententiam aditus patet. Proprie enim verba illa: ὁ δὲ μεσίτης ἑνὸς θεὸς οὐκ ἔστιν nihil aliud ſignificare poſſunt, quam: Moſes mediator non eſt Dei ſcil. mediator. Cujus autem? quaeri poſſet. Cui quaeſtioni antevertit Hempelius ita verba illa exponens: Deus non potuit uti illo mediatore Moſe. Sed unde venerit verbis his notio iſta, Deum *non potuiſſe* eo uti, equidem nullam video rationem. Deinde quaerendum eſt: quanam in re Deus illo mediatore uti non potuerit? Reſpondet Hempelius: „in praeſtandis iis, quae „Abrahamo promiſerat," Sed ubi hoc eſt in verbis? Tum oritur quaeſtio: cum Deus iſto mediatore in illa re non uti potuerit, quae plures novas gignit quaeſtiones, quae ad ſenſum illum plene capiendum, ſolvantur neceſſe eſt. Tanta itaque ex ingenio interpretis addenda ſunt, quae profecto interpretationem ipſam improbandam reddunt.

§. 142. Accedit argumentum ad ſententiam illam comprobandam mutilum ac ineptum. Nam ex hac interpretandi ratione Deus propterea Moſe in praeſtandis iis, quae Abrahamo promiſerat, uti non potuiſſet, quia Deus eſt εἷς i. e. conſtans. Quomodo vero Dei conſtantia impedire poſſet, quo minus Moſe ad illud conſilium conſequendum uti potuiſſet, aeque non patet. Ex hac denique interpretandi ratione omnis vis ἑνὸς in priori membro plane perit, et inſervit modo vocabulo θεὸς ſupplendo, quo ſuppleto prorſus quoque abeſſe poteſt, cum tamen non ſine vi a Paulo electum ibique poſitum videatur. Quodſi vero expreſſe vertere velles per conſtans, ſumma et maxime moleſta inde prodiret tavtologia, qua ex neutra cauſa probanda videtur iſta interpretatio. Nec ulla patet ratio, quare ex hac interpretatione Apoſtolus Deum in priori membro indicaverit per εἷς, quem tamen in poſteriori membro ſtatim proprio compellat nomine θεὸς.

§. 143. Si ſenſum poſterioris membri exceperis, eadem cum Hempelio jam propoſuit DEYLINGIUS *k*) hanc loci

k) Sal. Deylingii Obſervationum ſacr. P. V. Cap. 38. p. 406.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

noſtri exhibens interpretationem: „*Ille mediator Moſes,*
„*non eſt* μεσιτης ἑνος, non erat ille mediator θεου θρωτος
„Unius. Cujusnam? Apoſtolus dicit θεε. Deus eſt ille
„εἷς, qui ita dicitur non tantum κοινωδως, ſed et ἐνεργητικως.
„εἷς θεος ut Rom. III, 30. 1. Tim. II, 5.

§. 144. De prioris membri ſenſus definitione ad Bengelii et Hempelii interpretationem ſatis ſuperque dictum eſt, ut et ad Wetſtenii, Hanii et aliorum de poſterioris membri expoſitione, quae Deylingio placuit, monuimus.

§. 145. Moellerus *l*) nuper novam ſenſum loci noſtri conſtituendi iniit rationem, quae in multis quidem cum praecedentibus, Bengeliana et Hempeliana conſentit, in aliis vero quoque differt. Ipſum audiamus.

Moellerus verſum noſtrum objectionem habet a legis defenſoribus profectam contra ea, quae Apoſtolus antea dixerat, Moſaicam legem ſcilicet eſſe abolitam, promiſſionem vero Abrahamiticam expletum iri. Ut ad hunc veniat ſenſum ad ἑνος addi jubet θεε, et poſt ακ εστιν interrogandi ſignum poni, ita vertens: „*Iſt nicht*
„*dieſer Mittler, der Mittler eines Einzigen?*
„*Denn Gott iſt ja einzig und unveränder-*
„*lich.*“ Ut vim hujus argumenti clarius doceat, et ſuam defendat ſententiam, verba illa Pauli ita copioſius exponit: „*Wie widerſprechend iſts nicht, will hier*
„*der Vertheidiger des Geſetzes ſagen, wem ihr das Ge-*
„*ſetz aufhebet, oder für abgeſchaft haltet! Ein und eben-*
„*derſelbe Gott, der unveränderlich iſt, nicht blos in ſeinen*
„*Verheiſſungen, ſondern auch in ſeinen Drohungen: der*
„*ſo gut hält auf ſeine Verheiſſungen, daſs ſie erfüllt, als*
„*auch auf ſeine Geſetze, daſs ſie beobachtet werden, und*
„*dieſer Gott ſollte das Geſetz abſchaffen, hingegen ſeine*
„*Verheiſſungen ſtehen laſſen? Das kann ich nicht mit den*
„*unveränderlichen Geſinnungen Gottes zuſammenreimen.*“
Ut probet, vocem ακ ita ſaepius interrogationi inſervire, affert Gal. 4, 21. Luc. 13, 15. Joh. 18, 11. Jac. 2, 21 et 25. Cum vero judex publicus *m*) hunc vocis ακ uſum

l) *Auguſti's theol. Blätter.*

m) *Allg. L. Z. 1799. No. 29 u. 30.*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

durum dixisset, defendit eum Moellerus denuo *n*) et addidit adhuc Math. 17, 24. et Psl. 94, 9 et 10.

§. 146. Quamquam *Moellerus* in hac defensione judicem illum satis acerbe et superbe tractaverit, nullo tamen metu retinendos nos esse putamus, quo minus et ipsi dicamus, quae in illa nobis displiceant interpretatione. Egregie enim observasse nobis videtur, continere comma nostrum objectionem adversariorum, legis Mosaicae cultorum. At vero faciliorem modo interpretandi rationem eum elegisse optemus. Durum enim videtur, ut supra (§. 138.) monitum est, ad *suos* addere *Jes.* Aeque durum quoque, *ει* interrogative h. l. sumere, qua in re sane cum publico illo judice consentio. Verum quidem est, quod defendit Moellerus, inferiorem, quem vocabulum *ει* in phrasi illa obtinet locum solum non impedire interrogativam ejus vim, cum in istis ab ipso allatis locis eadem vi inferiori occurrat loco; nec tamen mihi de hac vi vocis illius nostro in loco persuadere potui, quia et illorum locorum alham, et aliam nostri loci cognovi rationem. Omnium enim illorum locorum tam facilis est ratio, ut interrogatio non solum praecedentibus valde praeparata, sed et ipso verborum ordine aeque adjuta sit, ita ut nemo, deleto quoque interrogationis signo, interrogationem non possit sentire ac intelligere; nostri vero loci difficilis haec et contraria est ratio. Quoniam vero res est cum strenuo suorum dictorum defensore, in singulis hoc erit demonstrandum locis. Gal. IV, 21. quaestio clare indicatur et praeparatur verbis: *λεγετε μοι*. Luc. XIII, 15, non facit ad rem nostram, verba enim quaestioni inservientia *ει λυει* non inferiori loco leguntur, sed medio, Moellerus vero prioris usus argumenta voluit afferre. Joh. XVIII, 11. non ad rem nostram quadrat, legitur enim *ει μη πιω αυτο*: ubi additum *μη* majori inservit quaestioni, et nomen a verbo pendens: *αυτο*, verbum sequitur, nostro vero in loco praecedit. Jacob. II, 21 et 25. in medio commate habentur: *ουκ εξ εργων εδικαιωθη*, quae, si ad Moelleri causam comprobandam aliquid facere deberent, in calce commatis ita legantur necesse foret: *εξ εργων εδικαιωθη*. Eadem ratio est loci Math. XVII, 24. Est enim *ο διδασκαλος υμων ου τελει τα διδραχμα*; non

n) Augusti's Neue theol. Blätter Bd. 2. St. I. p. 104. sq.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

autem ὁ ὁ. ὑ. τα διδραχμα ꝛ τελη; Omnium minime Psl. XCIV, 9 et 10. rem probant, sunt enim verba in futuris et הֲלֹא cum ה interrogativo. E quibus itaque adparet, illis certe locis adverbii ꝛκ vim interrogativam pro nostro loco non posse probari aut vindicari nec in ipsa loci nostri ratione me inveniisse, quae interrogationi inserviant, jam professus sum. Offenderet me quoque duplex illud ὁ δε — ὁ δε — si prius membrum interrogative esset intelligendum, quod linguae ingenio repugnat.

§. 147. Denique nec mihi probatur sensus, quem tribuit numerali εἷς in utroque membro. Cavere quidem studuit sibi Moellerus, ne ipsum εἷς vertisse putemus *constans*, sed propria sua vi *unus* vertisse, et notionem *constantis* in uberiorem modo explicationem addidisse contendit. o) Quodsi vero nota versionis ea est, ut verbis eam tribuas notionem et significationem, qua verus auctoris sensus efficitur, Moellerus numerale εἷς per *constans* vertisse sane censendus est. Quid enim, si propriam verbi εἷς retinueris significationem, illa sibi volunt: Estne Moses mediator unius? Deus vero unus est. Nullum profecto praebent sensum, nec argumentum illud continent, quod Moellerus ex illis prodire censet, nisi loco *unius* posueris *constantis*. Quodsi vero vertis: Estne Moses mediator Dei constantis? Deus enim est constans; nonne odiosam hoc gignit tavtologiam?

Quae omnia impediunt, quominus huic interpretandi rationi faveam, quamquam ex ea parte, ex qua locum nostrum adversariorum objectionem constituit, quam maxime commendabilis mihi videatur.

§. 148. Septima porro longeque a praecedentibus diversa ea locum nostrum interpretandi est ratio, quae εἷς *in utroque membro proprio suo sensu intelligit, nec ad* ἕνος *aliud verbrum supplet.* Quam *Censor publicus* quidam Langianae interpretationis praeivit p) et *editor ano-*

o) *Augusti's Neue theol. Blätter I. Bd. 2. St.* p. 105.

p) cfr. *Allgem. Deutsch. Bibl. 54. Bd. 2. St. S.* 355. sq. quae continent censuram Tom. III. aurei Langii libelli: *zur Beförderung des nützl. Gebrauchs des W. A. Tellerschen Wörterbuchs das N. T.*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

nymus verſionis epiſtolae ad Galatas ſecutus eſt, *q*) dignam ſane, quae in accuratius vocetur examen et ob novitatem, qua pollet, et facilitatem, qua magnam partem gaudet. Illam primam audiamus, cujus examen Langii judicio *r*) ad ſuam ſententiam defendendam, de illa lato adjuvatur.

§. 149. CENSOR ille ἑνὸς et ἑὰς uno eodemque ſenſu accipiendum, et μεσίτης urgente articulo ὁ, Moſen intelligendum eſſe docet, hanc exhibens loci verſionem: „*Der „Mittler iſt nicht Eines, ſondern Gott iſt „einer*„' vel, ut gallica quaedam habet verſio: Le mediateur n'eſt pas d'un ſeul, mais Dieu eſt un ſeul. Unde hic ſenſus prodeat: „*Moſes war nicht Gottes Mittler, „denn er war nicht eines Einzigen Mittler.*" Apoſtolum ſcilicet in illo ἑνὸς ad praecedens δι' ἀγγέλων reſpexiſſe atque ex plurali eadem ratione argumentatum eſſe, ut v. 16. e ſingulari cenſet, quae tota argumentatio nitatur opinione judaica Act. VII, 52. confirmata, legem latam fuiſſe per angelos, unde adpareat, Moſen non Judaeorum ac Dei, ſed Judaeorum et angelorum fuiſſe mediatorem. Si quaeretur, unde Apoſtolo haec obſervatio venerit? reſpondet, fuiſſe vel gloſſema quoddam ſerius adjectum, (quod ſane omnium minime veriſimile eſt) vel „*ein eig- „ner Einfall des Apoſtels, der in derſelben Beweisart fort- „fährt und eine Bemerkung über den Vorzug des Mittlers „Chriſti vor dem Mittler Moſe beyläufig anbringen will, „dieſen Vorzug nämlich, daſs Moſes nur Mittler zwiſchen „den geſetzgebenden Engeln und dem Volke. Chriſtus aber „eigentlich und zunächſt der Mittler zwiſchen Gott und „den Menſchen geweſen.*" Hanc quidem argumentationem argumento, quod dicunt, ad hominem eſſe ſimillimam; quo vero rei nihil detrahatur, cum ejusmodi argumenta Apoſtolo et alibi ſint communia, et a noſtro loco et lectorum Apoſtoli ingenio non alienum fuiſſe videatur.

§. 150. At vero optime Langius *s*) jam monuit, totam iſtam interpretationem eo ipſo ruere, quod Moſen

q) *Verſuch einer Ueberſetzung des Briefes Pauli an die Galater, mit erklärenden Anmerkungen, nach Koppe. Lpz. 1792.* p. 87.

r) in Praefatione ad Tom. IV. libri laudati. pag. 63—98.

s) l. cit. Tom. IV. p. 67 et 68.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

mediatorem fuiſſe ſiſtat angelos inter et Iſraelitas, cum angeli numquam legislatores dicantur, ſed Moſes conſtanter potius mediator Deum inter et populum Iſraeliticum dicatur Mirum ſane eſt, quomodo vir ille doctus ad hanc delabi potuerit opinionem, cum non modo legis Moſ. ratio et argumentum, ſed et ipſe noſter locus, cujus tota vis in eo eſt, quod lex Moſ., quippe Dei effatum, non tollendum eſſe, ab adverſariis contenderetur, perverſam et falſam eam ſententiam ſatis clare demonſtret. Ac profecto, ſi Apoſtoli ea mens fuiſſet, ut legis Moſ. auctoritati eo voluerit detrahere, quod non a Deo ſed ab angelis lata ſit, clarius et fortius hoc argumento uſus fuiſſet.

Deinde non placet, vocem ἑνος ita abſolute h. l. accipere, unius, ſolius, *eines Einzigen*, cum articulus ante eam, ad hunc ſenſum indicandum, vix abeſſe poſſet. Denique et omnis iſta argumentatio, quam Apoſtolus e plurali δι' αγγελων feciſſe putatur, tam artificioſa, contorta atque lubrica eſt, ut mihi de illa minime perſuadere poſſim, quamquam nullus negem, eum alibi e ſuae aetatis opinionibus in rem ſuam argumentatum fuiſſe.

§. 151. *Ignotus auctor* verſionis illius *t*) hanc interpretationem paululum mitigavit, atque ad id potiſſimum Apoſtolum reſpexiſſe cenſuit, quod Moſes non immediate res ſuas egerit cum Deo, ſed angelis uſus miniſtris, Chriſtus vero immediate Deum inter et homines ſteterit. Dicit: *u*) *Moſes iſt nicht, wie Chriſtus, unmittelbarer Mittler zwiſchen Gott und den Menſchen. Er hat ſein Geſetz erſt durch mehrerer Engel Dienſtleiſtung, und nicht von einem einzigen, nämlich von Gott, unmittelbar erhalten.*“

§. 152. Quoad caput rei haec quidem interpretatio ab illa ſuperiore non differt, et idem de hac valet, quod ad illam ſupra obſervavimus. Quod autem diſcrimen illud inter Dei mediatorem mediatum et immediatum attinet, quod rei mitigandae cauſa adjeciſſe videtur, aeque a loco noſtro alienum prorſus eſt. Denique ſi tale diſcrimen ſtatuendum eſſet, ex omni loci noſtri argumenta-

t) ſupra ad §. 148. laudatae.

u) pag. 87.

tione, non inter Moſen et Chriſtum foret accipiendum, ſed potius inter legem Moſ. et promiſſionem Abrahamiticam, quam Deus ipſe exhibuit, illam vero mediatore Moſe uſus tulit.

§. 153. Pergimus jam octavam ad interpretum claſſem, quae ὁς *in utroque membro per* ὁ αὐτος *exponit*. atque interrogativam priorem commatis partem intelligit; e quorum numero b. *Morus* eminet et *Krauſius*.

§. 154. b. Morus *x*) ita de loco noſtro habet: „Primum verba ὁ δε μεσιτης ἑνος οὐκ ἐστι, interrogative capio. „Deinde ὁ δε poſitum per ſe capio i. e. ὅστος δε, ut in evan„geliis ſaepius occurrit, ὁ δε (pro ὅστος δε) reſpondit. De„nique vocabulum ὁς non numerice capio de numero, ſed „moraliter, cum quis morali ſenſu *unus* dicitur, h. e. unus „idemque, ſui ſimilis et conſtans, non pugnans ſecum, „uno verbo *immutabilis*. Sic prodit haec totius comma„tis verſio: *Hic vero* (Moſes, mediator in illa legislatione) „*nonne eſt mediator immutabilis ejus, qui immutabilis eſt?* „ſubſumtio: *Atqui vero Deus eſt immutabilis*. Con„cluſio: *num ergo lex adverſari poteſt promiſſis, quae a* „*Deo ſunt?* Lex eſt a Deo; mediator fuit Dei, quo „Deus uſus eſt, promiſſus etiam a Deo. Atqui Deus eſt „immutabilis. Ergo noluit per legem reſcindere promiſ„ſionem; eſt enim ὁς, unus idemque, ſui ſemper ſimilis. „Non poſſunt igitur ſecum pugnare duo inſtituta Dei, „lex et promiſſio, ab eodem Deo data. Illuſtratum fue„rat autem alio modo, promiſſionem non everti per legem; „nunc concluditur idem ex immutabilitate Dei.“

§. 155. De hac quoque magni interpretis ſententia examen noſtrum dicat, quae minus probanda nobis videntur. Primum quidem de ea ratione, quae interrogative priora commatis noſtri verba accipit, ſatis ac abunde jam ad Moelleri interpretationem examinatam dictum eſt, (§. 146 et 147.) nec eſt, quod eadem repetamus. Accedit et in hac Mori interpretatione, ὁ δε poſitum eſſe per ſe pro ὅστος δε, quo interrogativa haec interpretatio impeditur, cum ad ambiguitatem in dicendo evitandam haud dubie ſcribendum fuiſſet: ὁ δε, οὐκ ἐστι μεσιτης

x) S. F. N. Mori Acroaſes in epiſtolas Paulinas ad Galatas et Epheſios. Lipſ. 1795. ad l. n. pag. 67 et 68.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

ἕτος; Sed dubitatur, utrum noſtro in loco ὁ δὲ per ſe poſitum accipiendum ſit. Verum quidem eſt, in evangeliis ſaepius ὁ δὲ per ſe poſitum occurrere pro ἄλλος δὲ, ſed ſemper eſt: ὁ δὲ εἶπεν, vel ἀπεκρίθη vel ſimile verbum, quod ſtatim ſequitur, nec lectorem de vi articuli ὁ δὲ incertum relinquit. Noſtro vero loco, ubi articulum ὁ δὲ excipit μεσίτης, ſumma ſane regnaret ambiguitas, ſi ὁ δὲ abſolute, per ſe poſitum accipiendum eſſet, cum quisque potius ὁ δὲ arctiſſime cum μεσίτης junctum intelligat et dicat. Facilius e noſtro certe ſenſu ὁ δὲ eam ferret interpretationem, ſi Apoſtolus ſcripſiſſet: ὁ δὲ οὐκ ἔστιν μεσίτης ἑνός.

§. 156. Tum nulla affertur cauſa, cur εἷς non numerice, ſed moraliter h. l. accipiendum ſit. Nos vero putamus, in loco difficili et brevi a propria verborum ſignificatione non eſſe recedendum, niſi contextu urgente i. e. niſi praecedentia et ſequentia diſerte hoc poſtulent. Morus vero εἷς moraliter interpretatus eſt, quia haec interpretatio optima ipſi videbatur, petiitque ergo improprii hujus verbi uſus argumentum ex ipſa interpretatione inde prolata, i. e. in orbe omnis res verſatur. Dicit enim Apoſtolum ex immutabilitate Dei concludere, promiſſionem non everti per legem, unde prodeat εἷς moraliter eſſe vertendum. Cur vero Apoſtolum ex Dei immutabilitate hoc concludere cenſeat, nullam aliam vidi cauſam, quam quod εἷς non numerice, ſed moraliter vertendum ſit. Deinde non patet, quare in illa Mori verſione Moſes dicatur mediator *immutabilis*, cum verba modo indicent, eum fuiſſe mediatorem ejus, qui eſt immutabilis. Inde vero, quod Moſes fuerit mediator Dei immutabilis, nondum ſequitur, ipſum quoque immutabilem fuiſſe, cum is, qui eſt immutabilis, ſane et mediatorem conſtituere poteſt mutabilem i. e. ad breve certum temporis ſpatium conſtitutum. Haec quidem adjecta notio mediatoris immutabilis adjuvat Mori interpretationem loci, at non eſt in verbis, nec ergo probanda. Denique et haec interpretatio nimis artificioſa, et ſtudium interpretis anxium fere, quo loco perplexo atque difficili medicinam afferre elaboravit, redolere videtur. Facilius enim adverſarium inde, quod Moſes dicatur mediator ejus, qui eſt immutabilis, ad legis perennem vim concludere potuiſſe arbitror (quod et ipſi b. Moro accidiſſe videtur, cum Moſen diceret mediatorem immutabilem) quam ad ſolam ſemper duratu-

ram promiſſionis auctoritatem, cum in proxime antecedentibus non de promiſſione, ſed de lege eſſet ſermo. Caeterum haec Mori interpretatio in omnibus eſt contraria atque repugnans Bengelinae et Hempelianae.

§. 157. Idem plane cum b. Moro in interpretando loco noſtro habet KRAUSIUS *y*) hanc loci exhibens verſionem: „*Iſt dieſer nicht der Mittler deſſen, der „ſich immer gleich bleibet? Ja Gott bleibt „ſich gleich.*“ Eadem ſunt theodiſce reddita, quae habet Morus latina, nec poſt illa iterum examinabuntur.

§. 158. Venimus ad nonam hujus claſſis interpretandi rationem, quae ἑνὸς *abſolute intelligit de populo ex Judaeis et gentibus in unum conflato*, i. e. ſocietate chriſtiana, *et* εἰς *in altero membro* vertit *conſtans, ſemper idem;* cujus interpretationis auctor *Joannes van der Wayen* z), Belgiae vir quondam doctus, ex obſcuro quo latuit, ad noſtram revocatus nuper eſt cognitionem, *Vitringa* et *Klemmius*, *a*).

§. 159. Primum ipſum Belgum audiamus, et tunc rationes, quibus Klemmius illam defendere ſtuduit ſententiam examinemus. VAN DER WAYEN *b*) ſeptem affert argumenta, quibus μεσιτην noſtri commatis Moſen eſſe probat, quorum ſeptimum ex illis ipſis, quae Paulus noſtro loco de illo mediatore dicit, petitum eſt. „Hic „mediator, de quo Paulus loquitur, *non unius*, non pu„puli ex Judaeis et gentibus *in unum* conflati. Quippe „parietem erigens intergerinum, *duos* fecit, διεσολην fecit, „non vero duos unum, quod ſane de Chriſto dici non „poteſt, is enim *unius* ſeu uniti, in unum redacti populi „mediator eſt. Ephſ. II, 13. 14. 15.“ De altero membro

y) *Der Brief an die Galater überſetzt, und mit Anmerkungen begleitet, ein Verſuch, von Krauſe.* Francf. et Leipz. 1788. ad l. n.

z) Ejus Analyſis epiſtolae ad Galatas, inſerta Variis Sacris, Franeckerae MDCXCIII

a) auctor libelli: *Noch ein Verſuch über die ſchwere Schriftſtelle Gal. III, 2.* Tubing. 1794.

b) §. 149.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

exponit: *c*) „Deus autem unus est. Non hic et ille; non „cras alius quam nunc, non hanc hodie et cras aliam exi- „gens justitiam etc. Certe Deus *unus* est, constans, sem- „per idem est, eandemque exigens justitiam, qua plane „acquisita, omnique cessante ac sublata necessaria διαστολη, „Abrahamo et semini ipsius, adeoque utrique semini futu- „rus Deus erat, Rom. IV, 16. *d*). Hinc tota haec in eo „definit dissertatio, *omnes*, non aut Judaeos solos aut so- „los gentes, sed *omnes*, jam unitos esse *filios Dei per* „*fidem* in Christo Jesu."

§. 160, Adjungimus statim VITRINGAE interpretationem, qui de loco nostro idem cum van der Wayen statuisse videtur, quamquam obscurius hanc suam exposuit sententiam: *e*) „Moses, antiqui foederis mediator, legem „dedit Israelitis, per quam ipsi a gentibus divisi sunt; sed „cum Deus se, eo non obstante, declaravit unum esse, „ratio flagitabat, ut aliquando se tanquam unum toti „mundo exhiberet, h. e. Judaeos et gentes *reduniret* in „*unum populum*, eosque, eodem modo tractaret, et per „eandem viam justitiae duceret ad gloriam." In examine instituendo sententiae van der Wayen praecipue inhaerebimus, cui hanc Vitringae inesse putamus.

§. 161. Tribus potissimum argumentis Klemmius, illius interpretationis defensor, tuendam eam censuit, quae jam accuratius examinabimus, cum totidem sint fulcra, quibus omnis ista sententia nititur.

Primum quaeritur, num εἰς et ἐν eo sensu accipi possit, quem van der Wayen ei dedit et Klemmius *f*) defendit, ut scil. significet societatem christianam e Judaeis et gentilibus unitam? Quod vero ingenio linguae contrarium, nec ullo exemplo idoneo comprobari posse videtur. Occurrit quidem Ephs. II, 14. formula ἐν ποιειν de Judaeis et paganis, qui Christi doctrina in unum conci-

c) §. 150.

d) §. 151.

e) Camp. Vitringae de Synagoga vetere libri tres. Franc. 1696. Part. II. Cap. 17. pag. 1085.

f) l. cit, pag. 36. sq.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

liati ſunt coetum conſentientem; at vero ſi quis inde concludere vellet, εἰς ſignificare, per ſe poſitum, coetum chriſtianum, peſſimum ſane ſe gereret interpretem, miscentem vocabulorum vim et ſignificationem cum ſenſu, quem omnis locus ad finem gignit. Ἓν ποιεῖν enim eſt, unum facere, quae antea erant diverſa, ſecata, et deinde concordes, conſentientes reddere eos, qui diſſentiebant invicem et contrarii erant. Et verba Ephſ. II, 14. ὁ ποιήσας τὰ ἀμφότερα ἕν, nihil aliud indicant, quam: qui partes diſſentientes, Judaeos et paganos, invicem conciliavit, concordes reddidit, quod ſane in unam chriſtianam eos cogendo ſocietatem, factum eſt. Quodſi vero quis inde concludere velit, ἕν abſolute poſitum ſignificare, ſocietatem chriſtianam, idem foret, ac ſi quis ex illa Joanni potiſſimum frequenti formula, ἓν αὐτῷ i. e. arctiſſime cum aliquo conjunctum eſſe, conſiliis maxime, animo, viribus conſentire, eadem eſſe mente, probare velit ἕν ſingnificare: conſilia conſentientia, mentem ac animum eundem. Quis vero hoc feret? Ad formulam v. 28. noſtri capitis: πάντες γὰρ ὑμεῖς εἷς ἐστε ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, non bene poteſt provocari, cum illud εἷς e criticis rationibus ſuſpectum ibi ſit. Quodſi vero genuina quoque illa eſſet lectio, minime tamen inde probari poſſet, εἷς ſignificare ſocietatem chriſtianam. Nam illa verba nihil aliud ſibi volunt, quam: per Chriſtum jam vobis omnibus, Judaeis et paganis, eadem ſalutis petendae media ſunt data, nec eſt amplius diſcrimen, ut alter gratiam divinam e legis obſervatione, alter ἐκ πίστεως petat. His expoſitis ſatis clare patebit, illam vocis ἑνος interpretationem nullo modo eſſe ferendam.

§. 162. Moſen dici poſſe μεσίτην, non fuit, quod Klemmius multis probare ſtuderet. g) Denique h) bene quidem negat, ἑνα θεὸν eſſe Deum conſtantem, ſemper eundem, ut van der Wayen vertit; an vero melius verſatus fuerit, ei eam plane vim tribuens, quam habet εἷς θεὸς Rom. III, 29. 30. dubito. Omne enim hujus ſignificationis noſtro in loco argumentum petitur ex interpretatione prioris ἑνος per ſocietatem chriſtianam e Judaeis et paganis conflatam; qua vero, ut vidimus, ſublata, ruit quoque haec poſterioris membri interpretatio, quippe omni juſto deſtituta argumento.

g) p. 41.

h) p. 42.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

§. 163. Quibus quarta adhuc cauſa accedit, quae impedit, quo minus iſta nobis probetur interpretatio, eaque e ſermonis ſerie petita, cui minime favere videtur. Apoſtolus enim non ſolum illi legis defenſorum occurrit ſtudio, quo legis obſervationem Chriſtianis e gentibus injungerent, ſed et ei, quo Chriſtianos e Judaeis maxime illa obſtrictos defenderent, ut alio loco latius jam docuimus. Facile enim legum Moſ. ſtudioſus Apoſtolo concedere poterat, Moſen mediatorem ad Chriſtianos e gentibus non pertinere, et nihilominus ejus auctoritatem Judaeo-Chriſtianis defendere, quod conſilio Pauli contrarium fuiſſet.

§. 164. Decima claſſis eorum eſt interpretum, quis ἑὶς in utroque membro abſolute poſitum putant, ita, ut reſpondeat hebraico אֶחָד, quod κατ' ἐξοχην Deum ſignificet; e quorum numero unum WINTERBERGIUM cognovi.

§. 165. qui ita vertit: *i*) „*Alſo iſt dieſer Mit-*
„*ſelsmann nicht der Mittelsmann des* אֶחָד *des*
„*(groſsen) Einzigen, (des höchſten und allgemeinen*
„*Weltregenten); denn Jehovah iſt der Einzige,*
„*oder, weil ſich dieſer Satz auch abſolut umkehren läſst:*
„*dieſer Einzige iſt nur Jehovah. Moſes hat das*
„*Geſetz, welches er an die Juden brachte, von den Engeln*
„*erhalten, nicht von Gott ſelbſt; das Geſetz kann alſo*
„*die Verheiſſung nicht aufheben.*“

§. 166. Haec interpretatio ita *Winterbergio* probata fuit, ut ex perverſo noſtrae aetatis more, quem S. V. Gablerus quoque cum jure deriſit *k*), unice veram ac genuinam atque neceſſariam, (apodicticam! dicit) eam haberet. At vero, quo minus ipſe ita magnifice de illa ſtatuam interpretatione, triplex me movit ratio. Primum enim haec interpretatio omne divinum in lege ferenda conſilium et adjumentum excludit, quod judaicae opinioni minime convenire videtur. Judaei enim legem per angelos latam dicentes, non auctoris ſed miniſtrorum iis tribuebant munus et auctoritatem, non ita cogitabant

i) cfr. *Henke Neues Magazin etc.* Tom. II. p. 569.

k) cfr. ejus *Neueſtes theol. Journal.* l. ſupra cit.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

rem, ac ſi angeli, Deo inſcio nec adjuvante, legem tuliſſent, ſed ſignificare modo volebant, Deum in lege ferenda uſum fuiſſe angelis miniſtris, ita ut Deus quidem legis auctor, angeli vero legis promulgatores habendi ſint. Fuit haec conſtans Judaeorum de Deo opinio, compoſita ad normam orientalis regis, in mandatis ſuis exſequendis angelis eum uti miniſtris, nunquam vero angelos ſua ipſorum auctoritate, quod nullis conceditur miniſtris, agere poſſe; cujus opinionis multa in Pſalmis occurrunt exempla. Quare et h. l. lex per angelos lata non ita intelligenda eſt, ac ſi angeli legis fuiſſent auctores, ſed Deus fuit legis auctor, et angeli legis promulgatores a Deo miſſi erant, nec itaque argumentatio iſta locum habere poteſt, quae non Deum, ſed angelos facit legis auctores. Quae profecto argumentatio ab omni, quo Judaei legem Moſ. habebant honore et aeſtimatione, abhorret.

§. 167. Dubitari deinde adhuc poteſt, utrum ἑις, nude poſitum ſine articulo, ut noſtro in loco, ita reſpondeat hebraico אֶחָד, ut in ſe Deum ſignificet; Winterbergius nulla certe hujus ſignificationis attulit exempla. Nec videre eſt, quare Apoſtolus Deum hic indicaſſet vocabulo ἑις, quem tamen ſtatim conſueto compellat nomine θεος. Ex hac tum interpretatione alterum membrum ὁ δε θεος ἑις ἐστι non ſolum abundat, ſed et valde incommode poſitum eſt, cum prior propoſitio: „mediator ille non eſt mediator illius אֶחָד, veri Dei, jam ſatis clare docet, imo antepo-nit, Deum eſſe illum אֶחָד, quae repetita valde jejuna habenda eſt.

Tota denique haec argumentatio plura colligi jubet, quam fas eſt. Quodſi enim lex non Dei, ſed angelorum eſt, inde non ſolum ſequitur, eam jam eſſe abolendam, ſed ſequeretur adeo, eam nunquam fuiſſe aut ſtabiliendam et obſervandam, aut acceptam et obſervatam non abolendam et rejiciendam. Hoc pugnat cum ſtudio, quo viri a Deo miſſi, Prophetae, legem, divinum inſtitutum, obſervandam inculcant; illud non ſequeretur inde, quod lex ab angelis lata fuerit, ſed ex ejus potius conſilio, quo ad Chriſtum usque deſtinatum fuerit. Atque hoc ipſum legis conſilium, quod Apoſtolus v. 19. commemorat, atque, omni argumentatione docente, ut divinum tractat conſilium, ſatis clare docet, Paulum, legis auctores angelos non habuiſſe, nec ex illa opinione argumentatum eſſe.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

En rationes, quae me certe impediunt, quo minus Winterbergii interpretationem unice veram habeam atque genuinam. Decem illae obſervationes, quas ſuae interpretationi praemiſit, in ſe maximam partem verae quidem ſunt, parum vero faciunt ad rem ſuam, certe non tangunt, quae jam obſervavimus. Quoad ſenſum caeterum haec interpretatio eadem eſt cum illa §. 149. expoſita.

§. 168. Locum undecimum ii obtinent, *qui ὃς in priori membro abſolute quoque poſitum dicunt, ad imitationem hebraici* אֶחָד, *in altero vero membro vel numerice illud intelligunt, vel pro* ὁ αὐτος *capiunt;* ad quos pertinent, *Telgenius* et *Fenzelius.*

§. 169. Telgenius *l)* illud ἑνος, quod abſolute poſitum putat ad imitationem hebraici אֶחָד, non ut Winterbergius de Deo, ſed de Abrahamo intelligit, qui in V. T. ſaepius κατ' ἐξοχην אֶחָד dicatur, atque hunc in modum omnem exponit locum: „*wahr iſts, recht feyerlich, „der Würde der Gottheit gemäſs, wurde es (das Geſetz) „durch einen Geſandten gegeben. Dem Einzigen „(Abraham) freylich ſchickte Gott keine Ge- „ſandten, als er ihm die Verheiſſung gab. Doch iſt „Gott in beyden Fällen es ſelbſt, der Einzige „(der einige, gemeinſchaftliche) Gott. Durch Moſen „gab er den Juden das Geſetz, dem Abraham aber die „Verheiſſung ſelbſt, und ohne Vermittelung eines Ge- „ſandten.*“

§. 170. Primum jam offendit, *Telgenium* inter legis virtutes quibus promiſſionem excellat poſuiſſe, quod lata fuerit ope mediatoris. In legis ignominiam haec potius ex Apoſtoli conſilio addita videntur, quibus praeſtantiorem promiſſionis conditionem prae lege indicare voluit.. Nec re ipſa poſtulante aliter intelligi poteſt. Cum enim Deus ipſe Abrahamo promiſſionem exhibuiſſe narretur, lex vero Moſaica interventu mediatoris humani promulgata ſit, promiſſio profecto majorem inde trahit dignitatem et gloriam. Quae plurima quoque interpretum pars dudum

l) cfr. *Noch ein Verſuch einer Erklärung der Worte:* ὁ δε μεσιτης ἑνος οκ εστι; ὁ δε θεος εἷς ἐστι. *Gal. III, 20. von Joh. Fried. Telge* in Henkii *Neues Magazin für Relphl. Ex. und Kirchgſch.* Tom. III. Part. II, pag. 306—315.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

jam conceſſit. Facile enim, ſi Telgenii ſententia et Apoſtoli fuiſſet mens, legis Moſaicae defenſores ea ad legis auctoritatem propugnandam abuti potuiſſent. Quare Apoſtolus certe de omni hac re potius tacuiſſet.

§. 171. Quaeritur deinde, quo argumento nitatur, εἷς h. l. ad imitationem hebraici אֶחָד abſolute poſitum eſſe et ſignificare Abrahamum. Cui opinioni et grammatica et contextus ratio deeſſe mihi videtur. Magna quidem diligentia Telgenius multa V. T. attulit loca, in quibus אֶחָד de Abrahamo κατ' ἐξοχήν dicatur; quibus vero examinatis, aliam eorum rationem inveniſſe mihi videor, quam quae noſtri eſt loci. Vel enim ſubſtantivum illi אֶחָד adjectum eſt, quod lectorem de Abrahamo cogitare monet, vel omnis ſermonis ſeries hoc poſtulat, cum talia de uno illo atque ſolo (אֶחָד) dicantur, quae in neminem, niſi in Abrahamum cadere poſſunt. Probemus utrumque uno ſaltem exemplo. Laudat ad rem ſuam Telgenius Malach. II, 10 et 16. Sed v. 10. legitur אַב אֶחָד pater unus, quae rectius de Deo, quam de Abrahamo intelliguntur, et v. 15. ſubſequentia ſatis clare docent, quis ille אֶחָד fuerit. Jeſ. LI, 2. non ſolum praeceſſerat: Abraham pater veſter et Sarah, ſed et ea, quae de illo אֶחָד dicuntur, in ſolum Abrahamum quadrant. Quodſi vero vel convictum ſit, אֶחָד abſolute, κατ' ἐξοχήν dici de Abrahamo, nulla tamen adeſt cauſa, quare et loco noſtro hic admittatur uſus. Nam in proxime praecedente v. 19. non de promiſſione, ſed de lege ſermo eſt, atque interpretum potius nimis anxia loci ſenſus eruendi ſolertia invitum ad promiſſionem Apoſtolum reſpexiſſe coëgit. Nec intelligo, quid hoc ſibi velit: ille μεσίτης (Moſes) non eſt Abrahami, (nam de Moſe verborum ratio haec intelligi jubet,) niſi ad Noeſſeltianam interpretationem accommodate haec exponantur. Telgenius quidem hanc difficultatem evitavit, ambigue ſatis vertens: „*dem Einzigen „freylich ſchickte Gott keinen Geſandten*," ubi μεσίτης de quovis legato intellexiſſe videtur. Dubito vero, an haec verſio verbis conveniens haberi poſſit, cum plura habeat, ex arbitrio interpretis in favorem ſententiae ſuae addita. Nec placet, quod Telgenius vocabulum μεσίτης in noſtro commate ſenſu tam lato acceperit, ſcil. legati, cum tamen e v. 19 ſtriciori, de mediatore intelligendum eſſet. Satis caeterum ingenioſam hanc eſſe interpretationem Eichhor-

nius *m*) quoque profeſſus eſt, quamquam non ita ipſi probata fuit, ut ultimam eam futuram eſſe ſperaret.

§. 172. Huic adjungemus FENZELII ſententiam, et loco, ubi legitur, *n*) et ſenſu prioris membri illi proximam, quamvis propter diverſam ab illa interpretationem verborum: ὁ δὲ θεὸς εἷς ἐστι, ad alium proprie locum referenda eſſet. Fenzelius ſcilicet ad ἑνὸς ſuppleri ſuadet ἀβραὰμ, atque priorem commatis partem, quam interrogative capit, objectionem legis defenſorum habet, qua ex interventu mediatoris in legis negotio majorem legi tribuere voluiſſent auctoritatem, quam promiſſioni Abrahamiticae, quae mediatore caruit. Quare ita locum vertit: „*Mediator autem unius ſcilicet Abrahae non eſt? „idem tamen Deus eſt*, qui ſcilicet promiſſionis aeque ac „legis auctor perpetuo ſibi conſtat.“ Toto vero commate Apoſtolum docuiſſe cenſet, legem ob mediatoris interventum promiſſioni non praevalere, nec legem eam tollere poſſe, quia Deus perpetuo ſibi conſtet.

§. 173. Quamquam ex meo quidem ſenſu optime Fenzelius obſervavit, comma noſtrum continere objectionem adverſariorum, reliquis tamen minime aſſentire poſſum. De interrogativa loci noſtri ratione ad Moelleri et b. Mori interpretationes (§. 146. ſq. et 155. ſq.) expoſui dubitationes, et ſaepius improbavi diverſum ſenſum, quem talis interpretatio voci εἷς in utroque membro tribuit, ut et de ipſa loci ſententia paſſim dictum eſt. Ad ἑνὸς vero ἀβραὰμ ſubintelligere, nimis arbitrarie actum mihi videtur et magis adhuc improbandum, quam Telgenii praecedens ratio. Quare et Eichhornius huic interpretationi intelligentium plauſum defuturum eſſe, optime judicavit. *o*)

§. 174. Agmen tandem claudit ea interpretandi ratio, ex qua *ad* ἑνὸς *ſubauditur* τροπε, et εἷς *in altero*

m) vid. Eichhornii *Allgem. Bibl.* Tom. IX. Part. II. p. 314.

n) cfr. *Verſuch einer Erklärung der Worte — Gal. III, 20. von Andreas Gottlieb Fenzel, Paſtor und Amtsprediger an der Pfarrkirche zu den 11000 Jungfrauen in Breslau.* in Henckii *Neue Magazin f. R.* etc. Tom. III. Part. II. p. 295 — 305.

o) l. cit. pag. 313.

membro vertitur, ſibi conſtans, immutabilis. Cujus rationis auctor eſt Harraſius.

§. 175. Nuperrime enim haec interpretum claſſis aucta eſt ſingulari ſtudio HARRASII *p*), cujus quidem interpretandi ratio ad eundem tandem deducit ſenſum, qui aliis jam v. c. Moro probatus fuit, alia vero via aliaque ratione. Conſilio Apoſtoli in omni argumentatione erudite ſatis atque perſpicue illuſtrato, noſtro loco id potiſſimum curaſſe dicit, ut eam potiſſimam minuat Moſis auctoritatem, ex qua Judaei omni ejus, divini legatus effato, ſempiternam tribuerent vim; quam rationem noſtro quoque verſui ineſſe dicit, ita eum exponens: *q) Alſo iſt auch die „Autorität Moſis, als eines göttlichen Bevollmächtigten, nicht von unveränderlicher „Beſchaffenheit,* (ὁ δε μεσιτης ἑνος ουκ εστι ſcil. τροπε) *„als daure ſeine Vollmacht immerfort, als müſſe man „glauben, daſs er für immerwährende Zeiten, und für „alle Völker Bevollmächtigter ſeines Geſetzes habe ſeyn „ſollen. Aber Gott, der ihn ſandte, iſt und „bleibt in Anſehung ſeiner, für alle Zeiten „und alle Völker gegebenen Verheiſſung, un„veränderlich,* (ὁ δε θεος εἰς ἐστι) *die er nothwendig, ſo „wie ſie lautet, nur durch Chriſtum, erfüllen muſste, „ohne dabey Rückſicht aufs Geſetz und deſſen Bevollmächtigten zu nehmen.“*

§. 176. Licet haec interpretatio optime reſpondeat Paulinae argumentationi, plura tamen continet, quae minus recte ſeſe habere, et ex orationis ſerie potius, quam verborum vi compoſita videntur. Primum enim, — ut taceam nimis multa, quae cogitando addi jubet — ſaltus ille jam offendit, quo interpretatio iſta a lege in priori membro, ad promiſſionem in altero tranſilit, nulla in verbis ipſis urgente neceſſitate, obſtante potius loci concinnitate. Deinde nemo ſine dubio videt, unde loco noſtro venerit additamentum τροπε. Auctor doctiſſimus dicit quidem, ἑνα θεον aperte ſignificare Deum unum eundemque, unius modo, unius ejusdemque qualitatis,

p) cfr. Eichhornii *Allgem. Bibl.* Tom. IX. Part. I. p. 26—64. vid. ſupra §. 4.

q) l. cit. p. 48 et 49.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

et ἑνος in priori membro eodem ſenſu intelligendum eſſe de Moſe non unius ejusdemque qualitatis. Verum enim vero nondum certum atque convictum eſt, ἑνα θεον ſignificare Deum unum eundemque i. e. ſibi conſtantem, ſed ſumitur potius; deinde ſi vel maxime de hac ſignificatione conſtaret, nulla tamen grammatica ratione ad priorem illam ſenſum pateret via. In verbis enim θεος ἐς apertum eſt, ἐς ad ſubjectum pertinere, in illis vero μεσιτης ἑνος ουκ ἐστι idem in aprico eſſe videtur, illud ἑνος non directe ad ſubjectum μεσιτης pertinere, ſed potius ad objectum e ſermonis ſerie conſtituendum. Quare ſcribendum potius fuiſſet ὁ δε μεσιτης ἑς ουκ ἐστι, quod Harraſius ipſe quoque profitetur, ſed ob nimiam duritiem illa verba Apoſtolum mutaſſe cenſet, in mitiora noſtra elliptica μεσιτης ουκ ἑνος ἐστι. Sed quaeſo qua tandem ratione probare quis poteſt, verba: μεσιτης ἑς ουκ ἐστι mutari poſſe in μεσιτης ἑνος ουκ ἐστι, ita ut poſterioribus eadem vis idemque ſenſus ſit, qui fuerit prioribus. Nec quare haec dicendi formula mitior habeatur, liquet, durior potius videtur, cum conſtans ſit uſus genetivi objecti ad vocabulum μεσιτης in N. T. quod formula μεσιτης της διαθηκης probat. Mihi certe ſtudioſe quaerenti nullum illius uſus obvenit exemplum, atque Harraſium haec, ſenſu commodo, quem argumentationi addit, abreptum potius, quam grammatico niſum fundamento expoſuiſſe cenſeo. Denique haec Harraſii interpretatio non eſt ad ſummum niſi repetita ſententia verborum v. 19. νομος — ἐπηγγ. Quodſi enim lex Moſaica in perpetuam auctoritatem non erat deſtinata, nec „Moſes, qua μεσιτης, unius ejusdemque eſt qualitatis, ut „ſit μεσιτης perpetuus.“ Quae repetito non commodo loco poſita videtur, et ad illam defendendam nimis multa cogitando addenda ſunt; quare eam rejicio, cum brevior et facilior detur ratio.

§. 177. Cum vero haec Harraſii diſſertatio multa lectu digniſſima contineat, et magno ingenii acumine interpretationem ſuam defendat, operae pretium eſſe ducimus, quatuor illa argumenta, quibus ſententiam ſuam comprobare ſtuduit, paucis perluſtrare. Primum dicit *r*): „*Die Worte dieſes Verſes ſtehen, in dieſem angebenen „Sinn, in der genauſten Beziehung auf einander, haben*

r) p. 49.

„*alſo innere Cohaerenz.*“ Bene quidem, ſed parum facit hoc argumentum; facile enim verba, invita interpretatione grammatica, ad ſenſum detorqueri poſſunt orationis ſeriei maxime accomodatum. Quis vero propterea dixerit eum verum. Caeterum in expoſitione hujus argumenti longe alia tractat auctor doctiſſimus. Deinde dicit *s*): „*Der weſentliche Zuſammenhang dieſer Worte „mit allen vorhergehenden und nachfolgenden Sätzen, iſt „aus dieſe Erklärung evident.*“ In priori haec jam latent argumento, et eadem ratione dijudicanda. Porro *t*): „*Der Begriff in dem Satze ſelbſt:* ὁ δε μεσιτης ἑνος „ἂκ ἐϛι τροπε, *ſo gefaſst, iſt dem Schriftſteller in der Be„handlung ähnlicher Materien gewöhnlich.*“ Hoc non ita intelligendum eſt, ac ſi Harraſius hanc dicendi formulam Paulinam probaſſet, ſed dicit modo, Apoſtolum et in aliis locis brevem nec perpetuam legis et ejus mediatoris auctoritatem docuiſſe. Denique dicit *u*): „*wird hier das „ϵϛι mit* ἑνος reſtrictive, *in der gewöhnlichen Conſtruction „mit dem* genitivo qualitatis, *genommen, wie* ϵἷναι *bey „allen griechiſchen Schriftſtellern, und ſo gleichfalls im „N. T. oft vorkommt.*“ Provocat ad formulas φυϲεως, καιρϲ, ϲὰρκα ἐϛι, et ex N. T. ϵἷναι παυλϲ, κηφα, Χριϲτϲ, atque miratur, cur nemo in noſtro loco ad hunc formulae uſum, tironibus jam notum, reſpexerit. Sed idem miror, quomodo auctor formulam ϵἶναι ἑνος comparare et eandem cenſere potuerit cum iſtis v. c. ϵἷναι παυλϲ? Magnum inter utramque, quorum prior ſuppleri quid jubet, poſterior vero per ſe clara et perſpicua eſt, eſſe diſcrimen, per ſe adparet, nec eget longa demonſtratione.

Haec hactenus expoſita impediunt, quo minus ipſa probari mihi poteſt interpretatio, certe *unice verum* loci noſtri ſenſum vix dixerim.

s) p 52.

t) p. 54.

u) p. 56.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Pars II.

Eorum examinantur interpretationes, qui μεσιτην Chriſtum intelligunt.

§. 178. Denique ad tertiam eamque ultimam nec non breviſſimam variarum interpretationum noſtri loci accedimus claſſem, quae omnium maxime laborat et grammatica difficultate, eam puto, quae *μεσιτην commatis noſtri Chriſtum eſſe contendit.* Pauci quidem ſunt, qui hanc tuentur loci rimandi rationem, quorum nonnullos doctrinae et ingenii acumine conſpicuos videbis. Cum vero pauci illi in ſingulis conſtituendis diverſas inierint vias, noſtrum quoque examen per diverſas ipſos ſequatur vias.

§. 179. Prima ex hac interpretationum claſſe ea prodeat, *quae ad ενος ſupplet μεσης, et εἷς in poſteriori membro de altera intelligi vult parte*, quam Deus conſtituit. Hujus ſententiae aſſeclas habes *Wolfium, Chryſoſtomum et Ambroſium.*

§. 180. Jo. Ch. Wolfius *x)* *μεσιτην* noſtri commatis non de Moſe accipit, ut Hagemayerus, cujus interpretationem caeterum maxime ſibi probatam profitetur, ſed de Chriſto intelligi mavult, „tanquam qui v. 19. ut „*σπερμα*, cui promiſſio facta eſt, hic autem ut *μεσιτης*, „qui promiſſionem illam recipere, et hominibus praeſtare debuerit, repraeſentetur.“ Articulum *ὁ* emphatice per *ille* interpretandum putat, hoc ſenſu: „*ille vero* „*mediator* (qui inprimis hic reſpiciendus eſt) *unius non eſt*, „(ſed duorum) *quorum unus eſt Deus.*“

§. 181. At vero haec interpretandi ratio, quae *μεσιτην* commatis noſtri Chriſtum eſſe dicit, omnium ſane peſſima eſt habenda. Ab omnibus fere, nec non a Wolfio, enim conceditur in ultimis com. 19. verbis de Moſe mediatore eſſe ſermonem. Qua vero grammatica ratione probari poſſit, Apoſtolum in verbis *ὁ δε μεσιτης* non amplius Moſen, quem ſtatim *μεσιτην* nominaverat, ſed Chriſtum intellexiſſe, profecto non patet. Nec ullum

x) in Curis ad h. l. pag. 735.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

ſane omnium, qui μεσιτην de Chriſto intelligunt, grammaticam hujus interpretationis attuliſſe memini cauſam; ſumunt potius ad unum omnes, Apoſtolum, qui fuerit ingenii ejus fervor repentina notionum ſimilium aſſociatione e Moſe mediatore ad Jeſum mediatorem delapſum eſſe. Verum enim vero ejusmodi ſubiti ad aliena in oratione tranſitus, quorum ſane exempla in Apoſtoli ſcriptis me animadverſiſſe nullus negem, non ex aëre ſunt capiendi, ſed juſta potius eorum comprobandorum afferenda ſunt argumenta, quae ſi ex grammatica hauriri nequeant interpretandi ratione, certe e ſermonis ſerie et effatorum ſenſu petenda ſunt. Neutrum vero noſtrum in locum cadere, imo potius utrique eum adverſari, clariſſime patere videtur. Conjunctionis enim verba noſtri commatis cum 19., ὁ δε puta, aperte docent, Apoſtolum de eodem mediatore pergere, quem in fine v. 19. eo nomine inſigniverat. Quae deinde v. 20. de illo mediatore proferuntur, ita comparata ſunt, ut non modo de quocunque valere poſſint mediatore ac internuntio, ſed de Moſe mediatore certe optime ſint dicta, quod praecedens interpretationum claſſis aperte probat. Quodſi enim noſtro commate 20. talia de mediatore dicta eſſent, quae nemini, niſi Chriſto mediatori convenirent; nulla ſane de illo mediatore dubitatio locum haberet. Quae vero cum longe aliter ſe habeant, haec quoque μεσιτης definitio omnium minime ferenda eſt. Poſſent quidem e loco ipſo plura adhuc peti argumenta, quae interna vocant, huic explicationi adverſaria; rem vero ipſam ita claram et certam habeo, ut illis afferendis optime ſuperſedere poſſe mihi videar.

§. 182. Emphaticus articuli ὁ uſus, quem Wolfius adhibendum putat, locum haberet, ſi in antecedentibus plura ad Moſis, mediatoris auctoritatem diminuendam occurrerent; eum vero ad σπερμα referre, iniquum ſane videtur, nec quae ſequuntur, poſtulant.

Denique non adparet, quam vim omnis haec Wolfiana loci interpretatio argumento Apoſtuli addat, et qua ratione ad omnem teneatur rem. Quidni, adverſarii non cedere, (quod Chriſti aſſeclae concedere ſane debebant) Chriſtum non eſſe mediatorem unius ſcil. partis tantum, hominum puta, ſed duarum, quarum una eſt Deus, id

ipsum vero et de Mose dicere, et hunc mediatorem cum Christo mediatore, i. e. νομον cum πιστει conjungendam esse flagitare poterant?

§. 183. Praeteream *Chrysostomi* et *Ambrosii* interpretationes Wolfianae maximam partem simillimas. CHRYSOSTOMUS enim *y)* μεσιτην v. 19. et 20. Christum intelligit, atque omissis polemicis in haereticos suos animadversionibus, ita mentem suam explicat: „μεσιτης (scil. in legibus Mos. ferendis) δε ἐνταυθα τον Χριστον φησι, δεικνυς ὁτι „προην, και τον νομον αυτος ἐδωκεν. — ὁ δε μεσιτης, φησι, δυο „τινων γινεται μεσιτης. Τινος αν μεσιτης ἠν ὁ Χριστος; ἠ δηλον, „ὁτι θεου και ανθρωπων· ἰδοις των δεικνυσιν, ὁτι και τον νομον „αυτος ἐδωκεν; εἰ τοινυν αυτος ἐδωκε, κυριος ἀν ἐη και λυσαι πα„λιν." De ratione vero, qua ultima sententia cum priori conjuncta sit, plane silet.

§. 184. AMBROSIUS *z)* in interpretando loco nostro ita fluctuat, et multa tam temere atque pueriliter dicta habet, ut ipse, quod sibi voluerit, nesciisse videatur. Μεσιτην de Christo intelligit; hoc unum est, quod clare ex ejus expositione patet, caetera tam vage et lubrice exposita sunt, ut ne operae quidem pretium esse videatur, verum ejus sensum divinando eruere. Summam ejus lectori repetamus: „Non est unius, sed duo„rum. Cum enim duo populi in vicem adversum se di„micarent — Salvatvor horum arbiter venit, amputans „utrisque populis per quod discerrabant, ut possent esse „pacifici. — Iuxta sensum Galatarum Christus arbiter non „est, quia inducti in legem, de duobus populis unum „fecerunt; et unius utique populi arbiter nemo est." Difficilia haec sane intellectu. In interpretando posteriori membro in Hieronimi sententiam delapsus esse vide-

y) cfr. ejus Opera Tom. X. edit. Montefalcon. pag. 702.

z) Divi Ambrosii Episc. Mediol. omnia Opera acuratissime revisa atque in tres partes nitidissime excusa. MDXVI. Part. II. fol. 235.

Vulgarem secutus sum opinionem, ex qua Ambrosio haec tribuuntur, quem rei criticae periti Hilarium, Rom. diaconum, Hieronymi coaevum, fuisse censent.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

tur. „Deus vero unus est. Hoc dicit, ne Christum prae-
„dicando Deum, quem arbitrum constituit, praedicasse
„putaretur contra legem et prophetas. Arbitrum ergo
„hunc, per assumtionem carnis intelligi dicit; — juxta
„autem quod Deus est, a patre hunc non separari, sed
„unum esse cum patre.“ Alii divinandi exerceant do-
num, ego equidem lectori parcam.

§. 185. Venimus jam ad eam interpretandi ratio-
nem, quae *ad* ἑνος *addit vel* μερος, γενος *vel* ἐθνος *vel* σπερ-
ματος *eodem semper sensu, et* ἑνα θεον *eum dicit, qui idem*
animatus est in omnes, Judaeos aeque ac gentiles. Hujus
interpretationis antesignanum, summumque defensorem
vidimus *Lessium*, quem secutus est, *Moschius*, *Seilerus*
et nuperrime *Anonymus quidam* apud Henkium, quorum
rationes in accuratius vocaturi erimus examen.

§. 186. Lessius *a)* maximo studio suam interpre-
tandi rationem probare et prae caeteris maxime commen-
dabilem reddere elaboravit, quo fructu hoc fecerit quo-
que felici eventu, ex ipsa ejus mente, quam fieri potest
brevissime exposita, apparebit.

Primum quidem ad morem Apostoli totum humanum
genus in binas dispescendi partes provocat, et ipsa Apo-
stoli verba Eph. II, 13—18. solis instar, nebulas, tene-
brasque hujus loci depellere dicit. *b)* Unde omnem Apo-
stoli orationem, tribus his contineri concludit capitibus:
1) „Jesus summus est, et *unicus Dei* apud homines inter-
„nuntius, et Servator: 2) *sed* non *unius* tantum partis,
„(*Judaeorum*) ἑνος ἐκ ἐστι: 3) *quod* inde clarissime patet,
„quia *unus* tantum est *Deus*, ὁ γαρ θεος εἷς ἐστι. *c)* Chri-
„stianae doctrinae auctorem Apostolus cum Mose, quem
„Dei interpretem apud Israelitas fuisse com. 19. dixerat,
„comparat; atque illum non apud *unam* tantum *partem*
„interpretis negotium gerere, sed summum istum esse
„docet, Numinis legatum et hominum Sospitato-
„rem, quem *Abrahamo* promiserat Deus, et ad quem

a) In Program. Paschal. Goetting. 1779. recus. in ejus Opuscul.
theol. exeget. et homil. argumenti, Tom. II. pag. 455—483.
edit. emendat. Goetting. 1781.

b) l. cit. pag. 469. seq.

c) l. cit. pag. 472.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

„*Moſes* ipſe *Judaeos*, ſuae diſciplinae traditos, perducat: „nullo igitur modo jus moſaicum iſti promiſſioni Abra„hamo datae contrariari.“ Intelligit verba: ὁ δε μεσιτης, δεκτικως et ἐξοχως: Summus ille μεσιτης, Chriſtus; uti fit in formulis ἡ γραφη, ὁ θεος, ὁ νομος; et ad ενος δε ουκ εστι ſcil. μεσιτης, perinde eſſe dicit, utrum μερος ſubaudias, vel γενος, vei ἐθνος, licet primum propter formulam Paulo propriam, de duabus quaſi generis humani partibus, ſit probabilius. *d*) Verba denique, ὁ δε θεος εἰς εστι reddit: „Deus enim (δε pro γαρ, ut ſaepius) eſt communis hominum parens,“ ut idem ſenſus verbis ſubſit, qui Rom. X, 12. ὁ γαρ αὐτος, κυριος παντων. *e*) Quibus omnibus conſtitutis, hunc loco ſubjicit ſenſum: *f*) „Omnino *Moſes* et„jam erat μεσιτης, ad *Judaeos tantum ablegatus* com. 19. „*ſummus* autem ille ac *unicus* quaſi μεσιτης, quem Deus „*Abrahamo* tanquam ſalutis perfectiſſimae auctorem pro„miſerat, non *Judaeorum* ſolum, ſed *gentilium* etiam eſt „Servator, quemadmodum Numen illud beneficen„tiſſimum, *communem hominum parentem* eſſe ſcimus v. „20., unde oppido patet, leges *Moſis* miniſterio latas, „nullo pacto iſti contrariari promiſſo, cum Moſes ad Iſrae„litas tantum ablegaretur, ejusque leges eo fine promul„garentur, ut gentem hanc coërcerent, et paedagogi inſtar „ad Chriſtum perducerent, com. 19 et 22. ſ.“

§. 187. Leſſii hanc interpretationem paulo copioſius exponendam cenſuimus, partim quod reliquae cum hac prorſus fere conſentiunt, partim quod ſua facilitate, qua primo obtutu fulget, plenum et accuratum deſiderat examen.

Quod ſupra (§. 181.) de ea interpretandi ratione, quae μεσιτην com. 20. Chriſtum intelligit, monuimus, in hanc Leſſianam quoque cadere, non eſt, quod probemus. Dura ſane videtur noſtro loco comparatio inter Moſen mediatorem et Jeſum, cum in praecedentibus de Moſis mediatoris negotio atque ratione nihil dicatur, ſed uno modo

d) p. 476 et 477.

e) pag. 480.

f) pag. 482.

verbo μεσιτης apelletur, nec quae noſtro com. 26. legun-tur, de Chriſto mediatore cogitare urgeant, ne moneant quidem; quare nec articulus ὁ δεκτικως poſitus accipi pot-eſt. Nec profecto, ſi quae comparatio Moſis et Chriſti mediatoris eſſet, tam late eam expreſſam cum Leſſio dice-res, qui duplicem Chriſti μεσιτε rationem habuiſſe Apo-ſtolum putat, alteram ad componenda utriusque partis, Iſraelitarum et Ethnicorum coll. Epheſ. II inter ſe diſ-ſidia, alteram ad conciliandam utramque partem cum Deo; quam poſteriorem ſolam, in hac quidem compa-ratione Chriſti cum Moſe, ſi quae ſit, cum S. V. Gable-ro g) admittendam eſſe arbitrer. Judaei enim ad Chri-ſti ſocietatem converſi, qui noſtri loci ſunt, eos e gen-tilibus legum Moſ. obſervatione non amplius indignos habebant, ſed ſuperbia priſtina illa depoſita filios Dei il-los quoque habebant, Moſisque leges illis obſervandas ſuadebant. Quare diſſidium illud Judaeos inter atque gentiles non amplius locum habebat, nec Apoſtolus loco noſtro ad illud reſpicere poterat.

§. 188. Loci porro Epheſ. II. cujus comparatio Leſ-ſium ad ſuam loci noſtri duxit interpretationem, longe alia eſt, quam quae hanc in noſtrum habere poſſit vim. Ibi enim de inimica utriusque gentis agit ratione, quam Jeſus amicam fecit, ποιησας τα αμφοτερα ἓν, et ſatis clare omnia e contextu patent, cum ἀκροβυστια et περιτομη v. 11. idem οἱ μακραν et ἐγγυς v. 13. clariſſime doceant, quae ſint illa αμφοτερα; noſtro vero loco, ſtudium perverſum legis Moſ. defenſorum deſtruere nititur, et alia plane tractat, quae ex illo loco minime poſſunt petere lucem *h*). „Deinde formulae, θεος ας, notionem *communis hominum* „*parentis*, invito admodum uſu loquendi (quod jam Kop-„pius monet l. cit. p. 133.) ſubjicere vix ac ne vix qui-„dem licuerit; cum iſta modo vel *unitatem* vel *conſtan-*„*tiam* ubique deſignet, atque, ubi videtur communem „illam omnium curam ſignificare, id potius tribuendum „ſit addito παντων, aut adnexae integrae formulae κυριος, „vel πατηρ παντων, quam illi ipſi per ſe ſpectatae; ut ta-

g) Proluſ. laud. pag. 6.

h) Quae et Koppius contra Leſſium obſervavit Excurſ. VII. p. m. 132.

„ceam, verba ὁ δὲ θεὸς εἰς ἐστι ita vertendo, atque aliter „ΕΝΟΣ aliter ΕΙΣ reddendo, rationem omnem τὸ ος in „posteriori membro ad το ἑνος in priori penitus tolli.“ Haec S. V. Gabieri verba *i*) aptissime monita habeo.

§. 189 Denique nec omnis haec interpretatio Paulino argumento bene convenire, nec probandi adeo vi gaudere videtur. In antecedentibus enim de ratione et consilio legum Mos. tantum sermo est, et com. 26. Apostolus demum doctrinam de aequali Judaeorum et Ethnicorum exponit jure. Nec profecto inde, quod Christus est μεσιτης τὸ ἑνος, Dei communis omnium parentis, probari potest, ejus μεσιτεια negotium non ad ulteram modo hominum partem, sed ad utramque pertinuisse; cum adversarii eodem argumento pro suo ejusdem Dei μεσιτη, Mose, uti poterant.

Haec habui monere contra hanc Lessii interpretationem, quae examen reliquarum ei similium interpretationum adjutura erunt.

§. 190. Hanc Lessii interpretationem secutus quoque est Moschius *k*) quocum Seilerus *l*) consentit, nisi quod sententiam v. 20., per parenthesin a reliqua orationis serie abrumpat, et fortuita aliqua Apostoli cogitatione adsertam habeat, atque το ἑνος ad σπερμα v. 16. referat, hunc in modum: „*Der rechte Mittler ist nicht „blos für ein Volk (man muss nämlich σπερματος aus v. 16. „ergänzen) bestimmt, (wie Moses, sondern für alle Men„schen) denn Gott hat gegen alle Menschen einerley Ge„sinnung.*“

§. 191. Quae haec interpretandi ratio cum Lessiana habet communia, supra jam examinavimus, ac de ea, ad το ενος subaudiendi σπερματος e v. 16. ratione ad Noessel-

i) l. cit. pag. 6.

k) cfr. *G. Ch. B. Mosche Erklärung aller Sonn- und Festags-episteln.* Tom. II. p. 197.

l) *Die heilige Schrift des N. T. im Auszug, samt den ganzen N. T. mit Bemerkungen v. G. F. Seiler*, ad l. n.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

ti interpretationem (§. 97.) abunde expoſuimus; parenthesis vero admiſſa nec mutat nec mitigat rei caput, nec non juſto ſubtilior videtur.

§. 192. Nuperrime vir quidam doctus *anonymus*, novam epiſtolae noſtrae exhibens verſionem *m)* hanc propoſuit interpretationem loci noſtri *n)*: „*Unſer Mittler „aber iſt nicht eines Volkes Mittler, Gott „aber iſt einer.*“ Apoſtolum v 19. de Moſe mediatore locutum eſſe concedit, fervidiore vero ejus ingenio, foecundo ſimilium notionum patre, ad Jeſum mediatorem adductum fuiſſe cenſet, cui ea ſtatim adjungat, quae rei ſint apta, ob brevitatem vero, qua prolata ſunt, obſcura. Grammatice haec rationem his defendere ſtudet: „*Erſt „wird Moſes* μεσιτης *genannt. Dann fährt Paulus fort,* ὁ δε „μεσιτης. *Dies kann nicht wohl auf Moſes gehen, weil es „ſonſt heiſsen müſste* ἑτος δε, *auch nicht auf eine Mittelsperſon überhaupt, weil es ſonſt* μεσιτης δε *ohne den beſtimmten Artikel* ὁ *heiſsen müſste. Bei* ἑνος *kann nichts „anders ergänzt werden, als* ανθρωπος *oder* ανηρ, *wovon „das zweyte allein gelten kann, weil Moſes der Mittler „eines Volkes, nämlich der Juden allein, war, nicht ein „Mittler aller Völker. — Gott aber iſt einer! dieſer Satz iſt vielſinnig Denn er ſchlieſst folgende Bedeutungen in ſich: 1) Gott iſt derſelbe, und ſich immer „gleich, 2) es iſt derſelbe Gott, zu dem unſer Mittler uns „führt, als zu welchen Moſes führte, 3) Gott iſt Vater „aller Menſchen; daher muſs auch ſeine Gnade allgemein „ſeyn, und ſich auf alle erſtrecken.*“

§. 193. Grammaticam, quam *Anonymus*, qui in omni verſione multa arbitrarie et temere protuliſſe videtur, ſuae interpretationis affert rationem, nullam eſſe, multa docent exempla formulae ὁ δε, ἑτος δε, quae aliis locis habuimus. Ad ἑνος vero ανηρ ſubaudiendi nulla patet neceſſitas, ſed orationis ſeriem potius adverſantem habet, quae iſtud diſcrimen ignorat. Multifaria vero ac ampla, quam verbis ὁ δε θεος εἷς ἐστι tribuit ſignificatio-

m) cfr. *Neues Magazin für Relphil. Exegeſ. Kirchengeſchichte, herausgegeben von D. H. Ph. C. Henke. Bd. 1. St. 1. p. 1-28.*

n) p. 17 et 18.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

nem, optimum exhibuit exemplum, quo in loco quovis quaevis invenire discas.

§. 194. Ut in calce libelli eximium ponamus exemplum diversissimi, quem interpretes loco nostro subjecerunt sensum, agmen examinis nostri claudat Hieronymi interpretatio de utraque Christi natura, atque *ad eis utroque in membro subaudiens substantiam*, haereticorum illius aetatis sententiis aeque, ac verbis ipsis et orationis seriei adversa.

§. 195. HIERONYMUS *o*) omnem v. 19. lectionis ordinem confusum et hyperbato perturbatum, sic sibi reddit „Lex posita est per angelos in manu mediatoris, „propter transgressiones ordinata per angelos, donec veni„ret semen, cui promissum erat." Cum hac ratione semen ultimum locum obtinuerit, facilius ita pergere poterat: „in manu mediatoris potentiam ac virtutem ejus debemus „accipere, qui cum secundum Deum, unum sit ipse cum „patre (ὁ δε θεος, εἰς ἐστι), secundum mediatoris officium „(ὁ δε μεσιτης), alius ab eo intelligitur (ἑτερος ἀπ ἐστι)." *Nic. Zegerus* animadvertit *p*) PRIMASIUM ejusdem fere cum Hieronymo aetatis scriptorem, eandem Hieronymi interpretationem clariorem exposuisse verbis: „subauditur „substantia, quia inter Deum et homines exstitit me„diator. Ideo autem addit: Deus autem unus est, ne „quis eum propter officium carnis assumptae ab unitate „divinae substantiae separet. Unius non est, ut subau„dias substantiae; quia in Christo sicut una persona, ita „gemina substantia."

§. 196. Melius et brevius hujus Hieronymi sententiae judicium ferre nescio, nisi b. Koppii *q*) verbis: „haec interpretatio, cum partim opinione ea, μεσιτην, „per quem leges mosaicae olim dabantur, ipsum filium „Dei fuisse, vix illa quidem ullo scripturae loco proban„da, nitatur; partim verba ἑτερος απ εστιν in sensum detor-

o) Operum D. Hieronymi. Tom. IX. Basil. MDXXXVII. pag. 177. med.

p) Criticorum sacrorum Tom. VII. p. m. 40 et 41.

q) cfr. Excurs. VII. ad not. epist. p m. 130.

„queat a lingua prorſus alienum; denique ſententiam „contineat, ſi vel maxime veram, tamen ab hujus loci „contextu plane alienam, a noſtrae aetatis interpretibus „communi conſenſu dudum rejecta fuit.“ Unum hoc ad hanc Hieronymi ſententiam memoratu dignum cenſeo, quod ipſe in priori v. 20. parte non legerit unius, (in genitivo caſu) ſed unus (caſu nominat.), ut in poſteriori parte, qua in re et arabicam verſionem *r*) conſpirantem vidi, quae habet: mediator autem non eſt unus mediator: Deus vero unus eſt. Unde diverſa haec lectio venerit, alii dicant, criticarum rerum bene guari.

§. 197. En ingentem variarum loci noſtri nobiliſſimi interpretationum numerum, loci difficultatis aeque, ac interpretum aſſiduitatis, diligentiae ac ingenii teſtem clariſſimum! Omnes omnino dijudicandi interpretationes nec fuit voluntas, nec, ſi fuiſſet, facultas; praecipuarum vero nullam facile a me praetermiſſam ſpero atque confido. Ipſa, quae diverſarum interpretationum exaravi examina viris doctis probatum iri, neque abimbecillitate mea, neque a ſumma ſententiarum de loco illo diverſitate exſpectari poſſe videtur; in nullius certe partium ſtudii, nec contra melius ingenii dictamen dicti prolati, nec fraudis conſcia ſibi mente acquieſco.

Cap. III.

Novum interpretationis ſpecimen.

§. 198. Supereſt, ut eam proponamus interpretationem, quam et ob propriam, quam verbis tribuit ſignificationem, facillimam, et ob ſermonis ſeriem, cui optime convenit, accomadatiſſimam habemus, quamque, ſi ſingularium partium ſpectes ſenſus definitionem, notam ſatis et antiquam, novam vero dixeris, ſi conſilii, quo prolata putamus haec, aut modi, quo juncta cum reliquis cenſemus, rationem habueris. Ad praecedentia vero recurrendum eſt, ut omnibus clara affulgeat lux.

r) cfr. Biblia ſacra Polyglotta — edidit Briam. Waltonus. Lond. 1657. Tom. V. ad l. n. p. 763.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

§. 199. Apoſtolus Cap. III. epiſtolae noſtrae aperte in eo eſt, ut perverſam eorum doceat rationem, qui Chriſti aſſeclis legum Moſ. obſervationem ad Dei favorem conſequendum neceſſariam eſſe contendunt. Ut erroris hujus eos convincat, atque edoceat, non legem, ſed Chriſti religioſe inſtitutum (*την πιστιν*) verum et unicum *δικαιοσυνης* continere fundamentum, argumento, lectoribus ſuis maxime apto, ab Abrahamo utitur petito, inde a com. 6., qui non *ἐξ ἐργων νομε* ſed *ἐκ πιστεως* Deo probatus fuerit v. 6., unde pateat, eos cum Abrahamo Deo probatum iri, qui fide ipſi ſint ſimiles v. 7. Hanc quoque eſſe doctrinam librorum ſacrorum, qui *δικαιοσυνην* illis promittant, qui ſint *εκ πιστεως*, eamque illis denegent, qui *ἐξ ἐργων νομε* eam quaerant v. 8—12. Ut vero omnibus hoc contingat beneficium, Chriſtum nos e legis ſervitio liberaſſe, v. 13. 14. Caput hoc argumentationis, *δικαιοσυνην* petendam eſſe non *εκ νομε*, ſed *εκ πιστεως* v. 15—17. exemplo e vita communi petito illuſtrat. Quemadmodum ſcilicet nullum antiquum pactum novo tolli poſſit, ſic et legem, priorem promiſſionem non potuiſſe anferre, ita ut ex lege, nec ex fide petatur *δικαιοσυνη*, ſed *ἐπαγγελιαν*, quae Chriſtum ſpectet, eſſe et manere, lege quoque lata, unicum *δικαιοσυνης* fontem. At vero his ab adverſariis objici poterat: ſequi hinc, legem fruſtra latam, eamque ex hac ratione omni juſto deſtitutam eſſe conſilio. Cui objectioni Apoſtolus ita occurrit, ut v. 19. dicat: legem promiſſioni additam fuiſſe *παραβασεων χαριν* i. e. ad coërcenda male et flagitioſe facta et frenandas libidines; *s)* hanc vero legem non additam eſſe, ut in perpetuum ſit duratura et auctoritate ſua regnatura, ſed ad illud usque temporis ſpatium modo, quo ſemen illud promiſſum, Chriſtus, venerit, *ἀχρις οὗ ἐλθῃ το σπερμα ᾧ ἐπηγγελται*. Apoſtolum enim per illud *σπερμα* coll. v. 16. non gentem aut coetum Chriſtianorum vel genuinorum Abrahami intelligere liberorum, ſed Chriſtum ſolum, verba aperte docent, et omnis argumentatio urget. Jam de illa lege addit, latam eam eſſe per angelos, in manus mediatoris, (*διαταγεις δι' ἀγγελων, ἐν χειρι μεσιτε*). De opinione illa legis angelorum miniſterio latae aeque conſtat, *t)* ac certiſſimum eſt, mediatorem, in cujus

s) cfr. Noeſſelti diſput. ſupra laud.

t) Recurrit Ebr. II, 2. Act. VII, 52.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

manus posita fuerit lex, neminem nisi ipsum Mosen esse. Sed qnaeritur, quonam consilio haec de lege adjecerit, cum ad caput rei proprie non pertineant? Apostolus, qui in toto loco promissionis et πιστεως praestantiam prae lege ostendere studet, et ut oppositas utrasque tractat, et in illis verbis ἐπαγγελιας rationem habuisse censendus est, ut promissionis praestantiae addant, quod legi detrahunt. Promissio scilicet a Deo ipso exhibita, lex vero per angelos lata est, promissionem Abrahamus ipse accepit (immediate a Deo), legem vero Israelitae acceperunt non ipsi, sed Mose mediatore adhibito (mediate a Deo); lex igitur promissione praestantior est, si modum adeo, quo utraque exhibita est, spectes. Haec in contemtum legis dicta esse, recte, ut equidem arbitror, jam observarunt Michaelis *u*) et multi alii. Jam sequuntur verba illa vexatissima: ὁ δε μεσιτης, ἑνος οὐκ ἐστιν· ὁ δε θεος εἱς ἐστιν, quorum quidem primam grammaticam afferamus rationem, adjectoque deinde consilio, quo prolata sunt, patebit, num ejus interpretatio ferri possit.

§. 200. Nullum quieto et nulla praeconcepta opinione perturbato animo legentem: νομος διαταγης — εν χειρι μεσιτου, ὁ δε μεσιτης — dubitaturum esse censeo, in verbis: ὁ δε μεσιτης, eundem esse intelligendum, in cujus manus lex lata antea dicebatur, nec ullus sine dubio de illo mediatore debniendo haesitasset, niti factum fuisset metu, ne ea, quae v. 20. de illo dicuntur, de Mose bene intelligi et ad omnem loci argumentationem commode accomodari possent. Articulum vero praepositivum ὁ relativam saepissime habere vim, ad similitudinem hebraici ה non est quod multis probemus, cum e Vigero *x*) et Schleusnero *y*) satis clare pateat, nec non omnes fere, qui μεσιτης de Mose interpretati sunt, denuo probarunt.

§. 201. Ἑνος ellipтice positum esse, ab omnibus conceditur, quid vero subaudiendum sit, diversissime dissentitur. Qui e praecedentibus σπερμα aut simile quid repetunt, non nisi multis ambagibus magnaque hermeutica hoc faciunt arte, quod et in illos cadit, qui aliud quoddam vocabulum arbitrarie subaudiunt, in eo insuper peccan-

u) In Annotat. ad l. n. supra laud.

x) de Idiotismis gr. ling. Cap. I.

y) in Lexico in N. T. sub voce ὁ

tes, quod verbum ſupplendum ex ipſa, quae ipſis placuerit, loci interpretatione derivent, cum tamen interpretatio e grammatice ſuppleto vocabulo conſtituenda ſit. In eodem orbe ii quoque verſari videntur, qui ἑνος e ſequentibus θεος ἑς interpretari elaborarunt. Nam θεος ἑς iterum variam pro loci ratione admittit interpretationem, quae e faciliori praecedente ἑνος definienda videtur, non vero vice verſa facilius e difficiliore. Quare optimum videtur in verbis noſtris ὁ δε μ. ε. ϗ ε. tam univerſe propoſitis verbum quoque ſubaudire, quod huic reſpondeat rationi, ſcilicet μεσος, quod ſane cuique locum legenti ſponte in mentem incurrit, a multis quoque probatum, a pluribus vero repudiatum eſt, quia non intelligerent, qua ratione eo ſubaudito ad ſuam quisque ſententiam aſcendere poſſit. Conjungendi particulam δε accipio *adverſativam*, ut reſpondeat Latinorum ſed, aſt, at enim vero, cujus ſignificationis frequentiſſimus eſt uſus v. c. I. Tim. IV, 8. V, 6. 11. VI, 9. 11. et in multis aliis locis, x) praecipue in iis, ubi aliquid objicitur, et quae praeceſſerant, aut mutantur aut mitigantur, qualis noſter eſt locus. Quae ita conſtituta hanc prioris partis gignunt ſententiam: at enim vero hic mediator (Moſes) non eſt unius partis, ſcilicet mediator; ὁ δε θεος εἰς ϗτ. Per ſe patet, particulam δε altero loco non eandem habere poſſe vim, quam ſupra habuit, ſed argumentationi potius inſervire et rationem ſuperioris reddere propoſitionis, atque cauſalem eſſe particulam i. q. γαρ, qui particulae uſus aeque multis probatur exemplis. *a*) Jam vero cum ἑνος in priori membro intellectum eſſet numerice, de numero, εἰς quoque in altero membro, ob parallelismum, quem dicunt, membrorum eandem habeat ſignificationem neceſſe eſt. Quid vero Deus unus? Ipſe ſuſpicaris, εἰς eodem modo elliptice poſitum eſſe, ut ſuperius ἑνος, atque, ut concinnitas adjuvetur, idem ſubaudies verbum μεσος. *b*) At quis dicat: ὁ θεος εἰς μεσος εστιν? Nemo profecto hoc dicet, nec vero ita noſtro

x) cfr. Schleuſnerus in Lexico ſub voce δε, et Vigerus de Idiotſ. g. l. Cap. VIII, Sect. VIII, §. XXIII. p. n. 391.

a) a Schleuſnero l. c. et Vigero l. c. p. 392.

b) Quam vario modo μεσος Graecis omittatur, videre eſt ex Lamb. Boſii Ellipſ. graec. ſub voce μεσος.

loco legitur, sed potius ϑεος εἷς εστι, cui praecesserat μεσιτης ουκ εστι ἑνος scil. μερους. Quis, nondum anxius de sensu inde prodituro, ex hac orationis serie non sponte in nostram incidet sententiam, verba ϑεος εἷς εστι interpretantem: Deus est una pars? Si quis postulet, ex hac ratione scribendum fuisse: ὁ δε ϑεος ἑν ἐστι, vereor, ne graecae linguae ingenium hac offendat observatione. Nemo enim graecus hoc dixerit, quippe solemne iis est, genus nominum adjectivorum, et numeralium non cum illo, cui proprie juncta sunt, componere nomine, sed saepius cum illo potius, quod proximum illis est loco, h. e. accomodate ad nostrum locum, genus adjectivi praedicati non e nomine praedicato, sed e nomine subjecto constituere, et vice versa. Cujus moris exempla in Graecis ubique sunt obvia *c*) et simile quid v. 16. est σπερμα, ὁς εστι Χριστος, pr. ὁ εστι Χριστος. Nec scriptoribus nostris, ad imitationem hebraeorum generis permutatio inusitata est. *d*) Fortasse Apostolo hebraicum vocabulum ejusdem generis in mente fuit. Cui vero omnia haec displiceant, intelligat verba ista: ὁ δε ϑεος εἷς εστι, nude posita: Deus enim est unus, *denn Gott ist einer e*) scil. *Theil*, ita ut in verbis ad omissum nomen non respectum fuerit. Quibus recte a me disputatis, haec inde prodit loci versio: *at enim vero ille mediator non est unius partis* scil. *mediator; nam Deus est una pars.*

§. 202. Sed quomodo haec versio cum orationis serie conspirat? Optime, utpote arbitror. Intelligo enim comma nostrum objectionem adversariorum legis studiosorum, quarum in Paulinis argumentationibus plures occurrunt, et in ipso loco nostro v. 19. τι ουν ὁ νομος; exemplum adfuit. Apostolus, qui v. 19. legem Mos. ad Christi adventum usque destinatam modo fuisse dixerat, et in ejus calce non magnifice satis de Mose mediatore statuerat, bene intellexit, legis et Mosis defensores vix hoc laturos, sed Mosis ejusque instituti perpetuam auctoritatem ex eo potius defensuros fore, quod Deus ipse pacti illius fuerit pars. Ne itaque illis adversariis haec obji-

c) cfr. Vigerus de Idiotis. g. l. Cap. III. Sect. II. p. m. 39. sq.

d) cfr Leusdenius de dialectis N. T. Cap. II. Sect. II. §. VI. pag. 79 ed. Fischeri. Lipsi. 1792.

e) ut Blaschius, cfr. §. 27.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

ciendi, et Paulinae argumentationis vim in lectorum animis hac objectione deſtruendi, legisque auctoritatem hiuc ſtabiliendi relinquatur locus, ipſe de vera ſua perſuaſus doctrina, affert hanc objectionem v. 20.: at enim vero ille μεσιτης non unius modo partis eſt; nam Deus eſt altera pars. Si quis audit, Moſen non fuiſſe unius modo partis mediatorem, cum Deus altera fuerit pars; per ſe patet, populum Iſraeliticum in illa una parte eſſe intelligendum, nec profecto, quae verba quemcunque cogitando addere ſponte cogant, coactum et incommodum facile quis dixerit ſupplementum. Quare locum noſtrum ita περιφραζω: at enim vero ille mediator non eſt unius modo partis (populi ſcil. mediator,) Deus enim altera eſt pars *f)* h. e. ſi Moſis inſtitutum inter homines tantum pactum fuiſſet, libenter tibi largirer, abolitum illud eſſe per Chriſtum; at vero non fuit humanum inſtitutum, non populi ſolius Moſis erat mediator, ſed et Dei, quare illud per Chriſtum non poteſt tolli, nam quod Deus fecit, non eſt ad breve tempus, nec tolli poteſt. Quae vero hac circumlocutione verbis addenda putavi, nemo aegre feret, cum ſponte fluant e verbis de objectione adverſariorum intellectis.

§. 203. Denique cum hac interpretandi ratione optime quoque cohaerent, quae ſequuntur. Quid enim aliud ad hanc adverſariorum Apoſtoli objectionem: legem Moſaicam, quippe divinum inſtitutum, non poſſe tolli, reſpondi poterat, niſi quod jam v. 19. dixerat Apoſtolus, Dei ſcilicet in lege illa ferenda conſilium fuiſſe, ut peccatis impediendis ad Chriſtum Iſraelitas ducat, et meliori tunc Chriſti cedat doctrinae? Hoc quoque Apoſtolus fecit in ſequentibus alia modo ratione, quae vero ad eandem tandem reducit ſententiam. Occurrit enim illi objectioni v. 21. nova quaeſtione, quae affirmandi involvit vim: ὁ ἀν νομος κατα των ἐπαγγελιων τϑ ϑεϑ; h. e. ex illa objectione itaque ſequitur, legem et promiſſionem divinam ſibi invicem repugnare. Quomodo vero haec ad praecedentia quadrant? Optime quidem Quodſi enim, ut Apoſtolus docuerat, omnis δικαιοσυνη ϑεϑ ſemper petenda ſola ſit ἐξ ἐπαγγελιας et ἐκ πιϛεως, adverſarii vero contendant, ἐπαγγελιαν et πιϛιν hanc δικαιοσυνην non largiri, niſi et legem Moſ.

f) Gallica lingua uteretur particula *en*: mais ce commandeur n'eſt pas d'un ſeul, cas Dieu *en* eſt un, ſive l'autre.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

obſerves; profecto pugna inter utrumque divinum inſtitutum exiſteret, quorum alterum (επαγγελια) plenam promittat δικαιοσυνην θεε, alterum vero (νομος), quo tamen nemo Deo probari poteſt, ad illam δικαιοσυνην conſequendam neceſſarie requiratur. Aut hanc quoque intelligere potes pugnam. Apoſtolus perennem promiſſionis vim ſalutarem ante docuerat, et v. 19. legem Moſ. per Chriſtum ſublatam eſſe dixerat. Com. 20. legis auctoritatem adverſarii defendere ſtuduerant, quia a Deo venerit. Ergo pugnant promiſſio et lex inter ſe, quia prior ſemper ſit duratura, altera vero ad breve modo tempus, cum tamen ambae a Deo venerint. Quae vero utraque pugna prorſus componitur et evaneſcit, ſi ad divinum in utroque inſtituto reſpexeris conſilium: επαγγελιας ſcilicet, ut omnes δια πιστιν Deo probentur et ſemper ſint probandi, et νομος, ut ſit flagitiorum frenum ad Chriſtum usque. Quare Apoſtolus verbis: μη γενοιτο, negat ejusmodi pugnam locum habere, atque id probat, partim cum v. 21 — 23. doceat, neminem e legis obſervatione Deo poſſe probari (quod in ſuperioribus in Abrahami exemplo docuerat,) partim cum v. 24. 25. diſerte dicat, legem e Dei conſilio non in aeternam deſtinatam fuiſſe auctoritatem, ſed ſolummodo ad Chriſtum usque, ut Judaeos ad meliorem Chriſti inſtitutionem praepararet, νομος παιδαγωγος ημων γεγονεν εις Χριστον (quod v. 19. dixerat: νομος προσετεθη αχρις ου ελθη το σπερμα ω επηγγελται.)

§. 204. En itaque loci difficillimi interpretationem, quae tot ac tam diverſis aliorum ſententiis examinatis palmam caeteris eripuiſſe videbatur, cum et propria verborum, quam retinet, ſignificatione, et pauciſſimis iis quae non ex interpretis arbitrio, ſed ex ipſis verbis et verborum conſilio cogitando addi cogit, et denique facili, qua toti ſeſe accomodat loco, ratione prae caeteris commendabilem ſe reddere videtur. Caeterum ita mihi non placeo, nec mentis humanae indolis ita ſum ignarus, ut unice veram loci rimandi vendam eam rationem, nec ſperem, eadem vi ac virtute, qua mihi, aliis quoque ſeſe commendaturam fore, ut ipſam amplectantur; confido tamen, tales mihi futuros eſſe judices, qui hanc meam interpretationem, ut omnem laborem, humane et juſtis examinaturi argumentis, nec juvenis litterarum ſtudium atque ardorem depreſſuri, ſed, ubi erraverit, in rectum potius tramitem amica manu ſint reducturi.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

§. 205. Loci paraphrasin addam theodiscam, qua argumenti interpretationis meae adjuvetur perspicuitas.

v. 19. *Wenn aber die Gerechtigkeit vor Gott nicht aus dem Gesetze, sondern nur aus der Verheissung und dem Glauben kommt, so könnte man fragen: — wozu nützt das Gesetz? Fruchtlos und ohne Zweck ist es da. Keinesweges ist es fruchtlos; sondern es wurde der Verheissung beygefügt, um die Juden von Sünden und Lastern abzuhalten, und sollte nur gültig seyn, bis der verheissne Nachkomme, Christus, erschiene; es ist auch über dem — bey weitem nicht so feyerlich, wie die Verheissung, unmittelbar von Gott selbst, sondern — nur durch die Engel und eine Mittelsperson gegeben.*

v. 20. *Allein — könnte man einwenden: ich wollte wohl gerne zugeben, dass diese Mosaische Anstalt durch Jesum aufgehoben sey, wenn sie eine blos menschliche wäre; es ist aber bekannt, — dieser Mittler ist nicht blos der Mittler nur eines Theiles, des Volkes, denn Gott selbst ist der andere Theil dieses Mittlervertrages — und kann man sich ihn daher als aufgehoben denken?*

v. 21. *Daraus würde also folgen — wenn man aus jenem Grunde zugestehen müsste, dass das Gesetz zur Erlangung der Gerechtigkeit vor Gott immer noch gültig sey — dass diese Verheissung und das Gesez einander widersprächen. Allein dieser Widerspruch findet nicht statt. Denn es ist entschieden: (welches Paulus weitläufiger zeigt) dass durch das Gesetz niemand das Wohlgefallen Gottes erlangen kann, und dass die Gesetzesanstalt nur auf Christum vorbereiten und bis dahin gültig seyn sollte.*

Penes justos reique peritos arbitros judicium esto!

Impress. Lipsiae Joach. Bernh. Hirschfeld.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Emendanda.

Pag. 1. lin. 13. lege ſenſui. p. 4. l. 2. l. interpretum. p. 5. l. 31. l. perverſam. p. 7. l. 24. l. petit. p. 8. l. 1. l. habuiſſem. l. 22 et 26. l. πιστα. l. 37. poſt ἀκ del. comma. p. 9. l. penult. l. Moſen. p. 11. l. 21. ejus l. ſua. p. 12. l. 12. in leg. et. p. 13. l. 7. l. obſervat. p. 14. l. 7. l. Lokius. p 16. l. 5. l. obſervatione. p. 16. l. 34. l. inierit. p. 18. l. 29. poſt modo adde ſe. p. 20. l. 25. l. ademerit. p. 21. l. 2. l. ſermoni. p. 33. l. 37. ad del. p. 24. l. 24. l. promanare. p 25. l. 13. l. perſcrutandam. l. 27. l. 9. l. tenemur. l. 34. l. omnis. p. 28. l. 22. l. obſtare. lin. penult. l. viciſſim. p. 30. lin. 38. l. accomodatum. p. 31. l. 4. l. abſtraherentur. l. 14. l. dicam. l. 16. l. confidenter. l. 17. l. ad. p. 32. l. 12. largitur l. reperitur. l. 39. l. locorum. p. 33. l. 24. l. logices. l. 33. l. potuiſſet. p. 34. l. 1. l. poſterioris eidem. p. 35. l. 6. l. ferrem. p. 36. l. 20. l. poſteriori. l. 26. l. eſſentiae. p. 37. l. 3. l. ſit. l. 23. l. poſteriora. p. 38. l. 6. l. aderant. l. 15. l. retineretur. p. 39. l. 33. l. occurrunt. l. 45. l. multi. p. 40. l. 16. l. verum. p. 41. l. 2. l. dicatur. l. 7. ad l. eſſe. l. 34. l. videantur, et ante quo, pone in. l. 35. l. quoque. p. 42. l. 3. l. diſſidentium. l. 42. l. eorum. p. 43. l. 33. l. utantur. p. 44. l. 7. l. transigere. l. 14. eſt l. et. et l. 20. l. poſſint. l. 23. l. additis. p. 45. l. 3. l. idololatriam. l. 23. l. cogitando. l. 34. l. ratiocinando. p. 46. l. 22. l. genitivo. l. 26. l. tertii. p. 48. l. 25. in l. ὁ p. 49. l. 31. l. mutaſſent. p. 50. lin. penult. l. hebraicae. p. 53. l. 27. l. potuerit. p. 74. l. 18. l. conſtitiſſe. p. 75. l. poſſint. p. 81. l. 4. poſt Moſen adde affirmans. p. 85. l. 1. l. afferendi. p. 86. l. 3. l. aſſentiar. p. 98 l. 19. l. Belgam. l. 25. l. populi. p. 105. l. 17. l. promiſſione.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Exp. C. 944

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden

gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG